traditionē. de his qui regio morbo uexantur In
quiſiti ſiue homines ſiue equi ſint quid ſiendū
ſit de illis. ſi homines ex natiuitate aut genere
huius morbi ſunt. In extra ciuitate comitari
debeunt. elemoſinam uero accipien dum
a populo non deuitari. ſi autem contagerit
magnum uel paruum non natiuitate ſed ſup
ueniente egritudine uexari. non ꝑ ſpicendus
ſed ſi poſſibile eſt curandus. ad tamen In ecclesia
dum ad communionē uenerit poſt omnium
ſuplacionem erit Ingreſſurus ad ꝑ ſtipan
dum munus. Equi uero qui ꝑ ſefato morbo
fuerunt colnquinati. ſi curari non ualuerint
In puteis & foueis ꝑ ſpicendi ſunt. ne euſdem
morbi contagione cetera colnquentur.
De animalibus autē qui a furentibus id. rabidis
lupis & canibus fuerint lacerati. o poſtea ceteris
ſeparari. ne furentes & mordentes cetera colnqui
nentur. quod ſi pauca ſunt ut ſupra diximus.
In foueis ꝑ ſpicendi ſunt. Nam & hoc Inquiſiuit
fraternitas tua ſiliceat ſcimoniales feminas
quem admodū uiriſibi In uicem pedes abluere.

tam in cena dñi quamq; in alijs diebus hoc
 dominicum praeceptum est. qđ qui per fidem
 impleuerit habebit ex eo laudem. & enim uiri
 & mulieres unū dñm habemus qui in caelis est;
 pro autē benedictionibus quas faciunt
 galli ut nosti fr̄ multis utis uariantur.
 nam non ex apostolica traditione hoc faciunt.
 sed per uanam gloriam operantur. sibi ipsis
 damnationem adhibentes. dum scriptum est.
 si quis uobis euangelizauerit praeter id quod
 euangelizatum est. anathema sit. regulam
 catholice traditionis suscepisti fr̄ amantissime.
 sic omnibus praedica omnesque doce. sicut
 a sca romana cui dō auctore deseruimus secta
 accepisti; Inquisisti & iā & hoc si ante tricesi-
 mum annū liceat sacerdotem ordinari;
 bonum & congruum est carissime si fieri & in-
 ueniri potest ut prouede ad aetatis & boni testi-
 moni uiri iuxta sacrorū canonū instituta
 ordinentur sacerdotes. si autē minime repper-
 untur. & necessitas exposcit. a uiginti quin-
 quaginta annorum & supra leuitae & sacerdotes ordina-
 tur. quem ad modum in lege dñi con-
 stant. De milone autē & eiusmodi similibus qui ectus
 di plurimum nocent ut a tali nefario opere
 recedant. iuxta apti uocem oportune. In postu-
 ne praedica. si ad que uerit ammonitionib;
 tuis silua bunt animas suas. si uero ipsi per-
 ibunt obuoluti in peccatis suis. tu autē qui
 recte praedicas. non perdes mercedem tuā;

Nam & hoc inquisisti post quantum temporis
lardis debet comedi. nobis a patribus institutum
pro hoc non est. tibi autem patenti consilium
prebemus. quod non oporteat eum manducari
priusquam sup fumo siccatur aut igne coquat.
si uero libet ut in coctam manducetur. post pas-
chale festiuitate erit manducandus. episcopus autem
condempnatus de quo inquisisti qui pugillator
& fornicator existit. atque res ecclesie post degra-
dationem sibi iudicare nitetur. hic omnino
ac deestabiliter respiciendus est. que enim
postioⁱⁿ fidelium cum fidele. atque communio christo
& beatorum. hoc sanctorum patrum traditiones & sanctorum
canonum instituta condempnauerunt.
De ordinatione etiam presbiterorum & diaconorum
quos cogente necessitate & paupertate rogan-
tium non legitime temporibus & diebus acce-
prouenerunt. si aliquam haberes ex hoc offensione
insinuasti. dicimus aut tibi si bene nosti quod
sacri canones docent. aptis temporibus sacer-
dotes ordinandos. attamen in eo quod acceperunt
zelus fidei adsum est. ad domino nostro indulgentiam
postulamus. de censu autem ecclesiarum id est solidum
decassata suscipe. & nullam habeamus esitationem.
dum ex eo poteris elemosinam tribuere. & opus per-
ficere sanctorum ecclesiarum iuxta canonum instituta.
si quos uero presbiteros qui de lucis promoti
fuerunt & antea criminalibus causis obuoluti
celantes peccatum suum ordinati sunt. post mo-
dum uero manifestata est eorum iniqua actio.

hos a sacerdotali habitu priuatos paenitentiae
 summitte. Non enim odit deus peccantem & con-
 fitentem. sed peccantem & negantem. Nam &
 hoc flagitasti a nobis si liceat persecutionem
 paganorum fugiendi^{re} annon. & per hoc frater
 salutare consilium damus; si fieri potest. &
 locum inueneris. Insuper ad praedicandum. si aut
 suppositare non ualueris eorum persecutionem.
 habes praecipuum dominicum ut in aliam ingre-
 diaris ciuitatem. Nam & hoc inquisisti quid fi-
 endum sit de excommunicato episcopo & apostolica
 auctoritate negligenti; hic deus estabilis est
 coram deo & hominibus. cuius condemnationi
 in condemnationis non communicauit.
 ipsi enim condemnationem in die ire & reue-
 lationis domini & saluatoris nostri ihesu christi dum sederit
 ad iudicandum genus humanum. sicut scriptum
 est. superbis ergo resistam dicit dominus. & enim
 deus clauis christi anorum terram inhabitantibus; si oportet
 censum accipere. Interrogasti fratrem. hic quidem
 consilium non indignum; dum reicausa est mani-
 festa. si enim sine tributo sederint. ipsam
 quandoque propriam sibi uindicabunt terram.
 si uero tributum dederint. norunt dominato-
 rem ipsam habere terram. Nam & hoc flagi-
 tasti a nobis scissime frater. In sacri canonis predi-
 catione quot in locis cruce facere debeant.
 tua significemus scitatis. uotis autem tuis
 dementer inclinati. In rotulo dato per dicto
 lul. religioso presbitero tuo pro loca signa

scē crucis quante fieri debeant Infirmus.
his autem se habentibus dñi deprecam̄ deñtiam.
licet peccatores ut suo te muniat & confortat
auxilio nosque annuat prosperitatis tue semper
l̄a suscipere nuntia. Dñe Incolome custo
diat reuerentissime frater.

Data prid̄ nonas nouemb̄ Imp̄ domno pussimo
augusto constantino adō coronato magn̄ Imp̄
anno tricesimo secundo. ip̄erū eī anno undecimo.
Inditione quinta. *ep̄isc̄ zacharie ad bonif̄*

ZACHARIAS PAPA BONIFATIO EP̄O SC̄E ECCL̄E
MAGONTIÆ ET PEREUM EAD̄EM VENERA
BILI ECCL̄E PERPETUAM SALUTEM.

Qualiter dñs dñr̄ propitiatus sit & laboribus
sc̄issime fraternitatis tue cooperatore exiterit
per singula edicere longum est. tam ut hæc
quæ obicimus confirmemus quæ ex parte te
narrante prospeximus. Igitur dū Inger
mania puincia tua fraternas c̄itas ad p̄dican
dum fuisset & directam asc̄e recordationis præ
decessore nr̄o domno gregorio papa & post
Inchoatum opus & aliqua ex parte sp̄italiter
ædificatum. roma reuersus ab eo ep̄iscopus ordi
natus. & illuc ad prædicandū denuo remissus.
et & elaborasti dō p̄xiuo nunc usque p̄ annos
xxv. In eadem prædicatione ex quo ep̄iscopatū
suscepisti. sed & puincia francorum nr̄a uice
concilium & iuxta canonū Instituta dō eis an
nuente omnes flexisunt oboedire. & dū In
his p̄is operibus occupata esset tua sc̄a firmitas.

habuisti.

nunc usq. cathedrale sede sibi minime uindicauit.
 ad ubi uero dī predicationē tuā auxilio obtinere
 ut tibi cathedrale eccliam t̄ successorib; tuis confir-
 mare debeam. iuxta eorundē filioꝝ francoꝝ p̄latio-
 nē; & idcirco auctoritate beati p̄tri apti sancimus.
 ut supra dicta ecclia mozontina atq; & iā p̄p̄tuis
 tēporib; tibi & successorib; tuis m̄tropolē sit confir-
 mata. habens & iā sub se has. uicittates. id. ē. tungri-
 coloniā uuormaciā spiraxiā & t̄t̄tis. & om̄s germa-
 niæ gentes quas tua fr̄nitas p̄ sua predicationē xpi.
 lum̄ cognoscere fecit. his a nob̄ defunctis. hui' nr̄e
 confirmationis paginā in tua ecclia p̄p̄tuis tēporib; p̄ sui
 confirmatione conseruandā esse mandamus.
 BENEUALETE. Data pridie non nouemb̄ Imp̄ domno
 piissimo augusto constantino adā coronato magno imp̄.
 anno tricesimo secundo. īperii eius anno undecimo.
 indictione quinta.

ep̄t̄ zacharie ad bonifatium.

ZACHARIAS PAPA BONIFATIO EPISCOPO. 30.
 ET PER EUM IN MONASTERIO AB EO CONSTRUC-
 TO SUCCESSIM ABBATIBUS IN PERPETUUM.
 Quo semp̄t̄ concedenda que rationabilib; congru-
 unt desideris. oportet ut deuotioni conditoris
 pię constructionis auctoritas in priuilegiis
 prestandis minime denegetur. Igitur quia
 postulasti a nobis quatenus monasterium salua-
 toris nr̄e constructum in loco qui uocatur
 boconia erga ripam fluminis uultra ha. priuilegi-
 sedis apostolicę in fulis decoretur. ut sub iuris dicio-
 ne sc̄e nr̄e cui dō auctore deseruimus eccliesiæ.

constitutum nullius alterius ecclesie iuris
dicionibus submitatur. pro qua re prius
desiderius fauentes hac nostra auctorita
te id quod exposcitur effectum mancipa
mus. & ideo omnem cuiuslibet ecclesie
sacerdotem in prefato monasterio
dicionem quamlibet habere aut auctori
tem preter sedem apostolicam prohibe
mus. Ita ut nisi ab abbate monasterii fuerit
mutatus. nec missarium ibidem sollempni
tatem quispiam presumat omnimodo
celebrare. ut profecto iuxta id quod
subiectum apostolice sedi firmitate
priuilegiu consistit. in concussis dotatum
permaneat locis & rebus tam eis quas moder
no tempore tenet uel possidet quam que
futuris temporibus in iure ipsius monasterii
diuina pietas uoluerit augere ex donis & ob
lationibus decimisque fidelium. absque ullius
personae contradictione firmitate perpetua
perfructur. Constituimus quoque per huius decreti
nostri paginam ut quicumque cuiuslibet ecclesie presul
uel quacumque dignitate preedita persona hanc nostri
priuilegiu cartam qua auctoritate principis apto
firmamus temerare temptauerit anathema sit.
& iram dei incurrens. a ceteris omnium ex
torris existat. & nihilominus prefati monas
terii dignitas a nobis indulta perpetua
ter inuiolata permaneat apostolica auctori
tate subnixam. BENE VALE.

Epistola Zachariae papae ad principes

XIII. **V**IRIS MAGNIFICIS FILIIS THROANDO. *31. francoy*
 SANDRADO. NANITHERIO. LIUTERIDO. *missa*
 STERERIDO. GUNDPERTO. AGNOHALDO.
 RANTULFO. ROYPERIO. BBUNICHOⁿⁱ. ROTHALDO.
 ROGGONUELO. OMNIBUS MAGNIS ET PARVIS.
 INGENUIS ET SERUIS. ZACHARIAS PAPA.

Gratias ago dō & dño ihū xpō unico patris filio
 & spū scō qui urām omniū xpianitatē ita
 dirigat confirmans corda urā in ei ambu
 lare mandatis & obediare praeceptis: dum
 enim in sonitu in auribus nrīs fides & bona
 urā conuersatio atque amor quem erga spiri
 talem matrē urām scām catholicam & apticā
 dī ecclēsiā eiusq; sacerdotes habere dī noscimi
 nu ualde gauisi laetisumus effecti in dño. cuius
 potentiam & nos peccatores deprecamur ut ma
 gis ac magis confirmet corda urā & corroboret
 ad faciendam eius uoluntatem ut de fructib;
 bonorum operū optimam adipisci merea
 mini in caelestibus regnis postionē quā prae
 parauit dī diligentibusse. Admoneo uos
 carissimi filii praecepta dñi custodite. & testi
 monia & iustitias eius quas cumq; praecep te
 facite. quod bonū & placitum est ante dñm.
 ut beneficit uobis. nihil aliud credentes nisi
 quod dñs in sacra scis euangelis locutus est.
 & scōrum canonū ac p̄babilium continent
 de rē. Non ad commodū & uis aures falsis sacer
 dotibus aut his qui mendacia adnuntiant.

qui ueniunt ad uos inuestiti ouium. Intus
autem sunt lupi rapaces. sed potius illis credi
te qui uiam regiam incedentes. orthodoxam
& catholicam fidem uobis predicantes adnun
tiant. ut obsequium ur̄m acceptabile ee inue
niatur in conspectu dñi nr̄i. odientes malum
iuxta apti uocem. adherentes autem bono.
contemnentes ea quae huius saeculi sunt & dili
gentes ea quae diuina sunt. ut praeiosa fides ur̄a
clareat in cunctis. & bona ur̄a conuersatio in caelis
& in terris laudabili fama. non enim ignoratis
quae scriptura dicat. abraham credidit dō &
reputatum est illi ad iustitiam. **A**mmoneo uos
dilectissimi dñm timere. sacerdotes honorifi
care. reddentes eis debitū sc̄itatis. ut uobis ad
uiuantibus ipsi in conturbati ualeant atque
securi salutaria predicare. & regulā atque uigore
eclesiasticum conseruare. ita ut clerici omnes
suis subiaceant episcopis. & ab illis doceantur
sacrā scripturā; praecipuum quippe est ad dño.
reddite quae sunt caesari caesari & quae diuinae dō.
Apostolicum praecipuum uobis mandauit nullus
secularis clericū in suū obsequium habeat. sed illi
cuius signaculum in capite habet & mente deseruiat
& corde edocatus in his quae a suo praecipit ep̄o.
Dicitur stabile est enim & iniquum opus. clericum
in ludis inueniri. aut cū acceptoribus uel uena
tionibus degere. utam tantis que scenicis causis
sanciatū ad episcopatū aut p̄b̄i uel quodlibet
sacerdotali officium accedere. non bonis sed

malis utius plenū; scriptum namque est;
 Quid diligitis dñm odite malū. Nam & hoc
 hostamur xpianitatem urām ut iuxta scōrum
 canonū instituta ⁱⁿ ut nec ecclesius auobis funda-
 tis non aliunde ueniens prb̄s suscipiatur. nisi
 a iurāe ecclie fuerit epō consecratus. aut ab eo p̄
 commendaticias litteras suscipiatur. Multi
 enim sibi m̄ & ipsis mendaces multotiens serui
 cuius quam fugam arripientes dōnissuis sem̄
 ipsos quasi consecratos presbiteros adnuntiant.
 & sunt ministri diaboli & non dī. & que eos sus-
 cipunt similiter: quia scriptum ē. uidebas
 furem & cum eo currebas & cetera. Nullus ergo
 ex uobis carissimi sine consuetu suo ep̄i inquam-
 cumq; eccliam intromittat prb̄m nisi prius
 a iurō epō origo & conuersatio eius fuerit con-
 probata. Monasteria autem que constructa
 sunt auobis. uel construuntur ex deuotione
 fidelium. oportet. ut si monachus uel sc̄imo-
 nialis femina de ppria cognatione ibi consti-
 tutur p̄ esse. ut ab epō ciuitatis consecr̄tur.
 siue abbas siue abbatissa. & si congregatio
 ibidem fuerit post illius abbat̄is aut abbatisse
 decessum & a congregatione quilibet & eligat̄.
 ab epō tamen consecr̄tur. & non a fundatore
 monasterii. quia quod dō semel fuerit obla-
 tum. intactū debet p̄sistere sub regula ep̄i con-
 stitutum. Oportet aut̄ ut is qui ordinatur
 abbas siue abbatissa prius eccl̄at̄ omnem
 diuinam legem & sacram scripturā. ut dum

sub eē didicerit. post modū moderate p̄ eē
sciat. Decimas uero fidelū quae in ecclesiis
offeruntur. non sint in potestate offerentis ad
distribueudū. quōscōz patrū constituta conti-
nent. quattuor exinde ab ep̄o debere fieri
portiones; Quis enim iuxta p̄ceptum dñi
ponens manū super aratrum r̄ rorsū respici-
ens aptus est regnō dī. De pecunia uero ecclasti-
ca ita sanctum est. ut in ep̄i potestate dispo-
nenda cum clericis qui in eius obsecundant
ecclesia. scriptum est enim de altari deb &
uultū quisquis se altari mancipatur. In de
enim elemosina pauperibus subministrari
debet. In de aedificia eē ecclesiarū. In de cooperto-
ria altarium. In de ornamenta p̄nāquāq;
etiam ut habuerit accessum; presbiter autē
aut diaconus nulla consecrari ^{debet} ratione. nisi
ante ei requiratur origo & conuersatio con-
probatur. & si dignus fuerit inuentus ut supra
scriptum est. ab ep̄o consecratur. In genui autē
aut ex seruili genere nequaquā sacerdotium
accipiant. uel ecclia illis ad regendū credatur;

epistola zacharie pape ad bonifacium

REUERENTISSIMO ET SCISSIMO FRIBONI
 TATIO COEPISCOPO ZACHARIAS SERUUS
 SERUORUM DI. Suscipientes scissime
 fraternitatis tue litteras per presentem geru
 lum & relegentes quae in eis continebantur.
 In extasi quaedam incidimus & admiratione
 magna eo quod nimis repereresint dissonare
 ab eis syllabis quae atuat directe sunt fructate
 pelapsim augustum mensem ubi nobis indi
 casti quod & concilium adiuuantedo & carlo
 manno praebente consensu & concessante
 factum est. & qualiter falsos sacerdotes quidi
 unum non erant digni atretare ministeri
 um a sacro munere suspendisti. & quia tres
 archiepos per singulas metropolim ordinasses
 referuisti. Id est grimonem in ciuitate quae dicitur
 rodoma secundum uero abel in ciuitate quae
 dicitur remoram. testum denique hartbestum
 in ciuitate quae dicitur sennis. qui & apud nos fuit.
 & tua nobis pariter & carlo manni atque pip
 pini dedit scripta. per quae suggestistis ut tria
 pallea hisdem tribus praenominatis metropo
 litanis dirigere deberemus. quod & largiti
 sumus per adunatione & reformatione ecclesi
 arum xristi. Nunc autem denuo tuas suscipien
 tes syllabas ualde sumus ut diximus mirati.
 eo quod antea nobis unacum memoratis prin
 cipibus galliarum pro tribus palleis suggestistis.
 & postea per solo grimone sed uolumus ut nobis

archi
 episcopum

tua Indica fraternitas. cur nobis ita dirixisti.
antea per tribus & postmodum p[er] uno. ut & nos
ceste reddita ex hoc nulla in nobis sit ambiguitas.
Nepperimus & iam in memoratis tuis litteris
quaenimus nros animos conturbauit quod
talia te nobis referantur. quasinof corruptores
simus canonum & patrum rescindere tradi
tiones quaeramus. ac p[er] hoc quod ibi sit cū nris
clericis in simoniacam heresim incidamus.
accipientes & compellentes quibus pallia
tribuimus ut nobis premia largiantur. ex
p[er]entes ab illis pecunias. sed curissime frater
hostamur scitatem tuā. ut nobis deinceps tale
aliquid minime tua fraternitas scribat. quia fasti
diosum a nobis & iniuriosum suscipitur. dum
illud nobis ingeritur. quod nos omnimodo
dēstamur; Absit enim a nobis & a nostris
clericis ut donum qd. p[er] sp[iritu]m sc[ilicet] gratiā suscepi
mus p[er] d[omi]n[u]m uenundemus. dum & illa tria
pallia quae te suggerente ut praediximus
sum[us] flagiti nullum ab eis quisquam com modū
exp[er]it. Insuper & charte quae secundū more
anro serinio p[er] sua confirmatione atq; doctrina
tribuuntur denro concessimus nihil ab eis
auferentes absit. uel si quidem a tua fraternitate
criminis nobis simoniaci obiciat nomen;
anathematizamus. Namq; omnes quicūque
ausi fuerint donū sc[ilicet] p[er] d[omi]n[u]m uenundare.
Suggestisti & iam nobis p[er] alia tua scripta quod
In baioutria unū repperisses falsū sacerdotem

qui & adfirmabat quod a nobis fuisse ep̄s
ordinatus. & tu a hoc fraternitas optime egi
dū enim non credidit. quia falsus homo omnia
false suggestit. & falsum repperiens. sacerdotio
suspendi. sic & enim auctoritate beati p̄tri
apostolorum principis tibi præcipimus ut quæ
cumque reppereris sacris canonibus de uare.
nulla ratione patiaris sacrū ministerium
obtrudare. & quia si deberes in buoaria ep̄um
cum ius habere p̄dicationis sciscitasti an non.
quā a decessore nr̄o habuisti concessam. nos
deniq; auxiliante dō de ea que tibi largitus
est decessor & prædecesor nr̄ non minui mus
sed auge mus. & non solum buoaria sed & in
omnem galliarum puincia donec te diuina
iussert sup̄ eē maiestas. nr̄a uice p̄ p̄dicatio
nem tibi in uindam que reppereris contra
xp̄ianam yel legionem uel canonū instituta
sp̄tialiter stude ad normā rectitudinis y reformare

Dñe incolumem custodiat reuer. & sc̄issime fr̄.
Data nonas nouemb̄ imp̄ dom̄ pussimo augusto
arta uas dō ad dō coronato magno imp̄ anno. ij.
ip̄erū eī anno testio. sed̄ nicaph̄ro maḡ imp̄
eius filio anno testio. Indictione tertia decima.

REUERENTISSIMO ET SC̄ISSIMO FRATRI
BONIFATIO ZACHARIAS.
Legimus in libro actuum apostolorū
sc̄m sp̄m apostolis præcepisse. separare mihi
barnaban & paulum in opus qd̄ ad sup̄ser̄ eos.

33
abel e.
harctbr̄
metropo
litani
confir
matis

id est ut per predicationem christiane religionis & eadem
spiritus sancti gratiam mundum illum in luminarent
uniuersum. quorum in luminatio^{ne} predicationis
atque doctrinae christi praesidio mansit & in aetate
catholica diuina praefulgens. horum & beatorum
apostolorum principis per aeternam in luminata doctri-
nis. & eorum sequi pedem ex inspiratione
diuina tua sanctissimam firmitatem in partibus
illis esse credimus destinata. ut & iam in star
eorum idem spiritus sanctus in eodem te adsumpsit opere
ad in luminationem gentium illarum. unde
nimis exultamus in deo. & eius omnipotentiae
inmensas referimus laudes. Dum uero & series
syllabarum tuarum nobis panderetur per singula.
multo amplius laetati sumus in domino. qui tibi
suam gratiam ita largiri dignatus est ut sic
durae gentis corda lenires. quatenus libenti
animo inclinarentur ad obediendum fidei.
& diuinis obtemperarent praecipis. Indicasti
& enim nobis quomodo & qualiter tangisse deus
corda excellentissimorum filiorum nostrorum pippini
& carlomanii ut tibi in predicatione socii &
adiutores esse niterentur ex inspiratione diuina.
quorum merces copiosa manet in caelis quoniam bene-
dictus homo pro quem benedictur deus. De episcopo
uero metropolitano. id est grimone quem nos iam
conpestum habemus. ab eis siue hastbercto quos
per unquam in metropoli per prouincias con-
stituiti. hoc primum testimonium confirmamus.
& per illa dirigimus ad eorum firmissimam

45
stabilitatem & ectae di augmentum ut in meli
ori proficiant statu; Quiliter enim mos palli
sit. uel quomodo fidem suā exponere debeant
hi qui palliū uti licentia concedunt eis direxim.
Informantes eos ut sciant quid sit palli usus.
& subiectis uiam praedicare salutis in ecclesiis
& ecclesiastica disciplina eorum inmutate ser
uatur & maneat in concussa. & sacerdotiū quod
in eis fuerit non pollutū ut antea fuit. sed mun
dum & acceptum dō eē possit. quantū humana
condicio ualēt. ita ut nullus repperiri possit
sacris deuare canonibus. & sacrificiū mundū
deo ab eis immolatur. ita ut dī in eorū pla
catur muneribus. & populus dī purificatis men
tibus ex omni squalore sincerum exhibere uale
ant xpianae religionis officium. R. & ulisti & iam
nobis carissime fr. quod duos pseudo pphas in
eadem francorū prouincia repperisses. quos non
pseudo pphas. sed magis pseudo xpianos appel
lare debemus. Ex quibus unum quidē & nouum
simonem iuxta tenorem tuarū sillabarum rep
perimus. qui & iam sibi & sacerdotiū uindicabat.
& aluxoria seminime continebat. seducens
populū & inania praedicans. non solū suā animā
iuri diabolico tradens sed & populorum corda
in interitum demergens. & seducēs populū
p falsitates ita ut eum ab ecta dī subtraheret &
a xpiana lege discordaret. & cruces statuens in
campis & oratorio la illic populū seducebat.
relinquens ecclesias publicas concurrentes ad illa.

signa quae ab eo false fiebant & sc̄tatis nomine
se uocari censuit & in suo nomine edesius consecrauit
& adfirmans & iam nomina angelorum scire
quorum in uis syllabis nob̄ conscripta direxisti.
quae nomina nos non angelorū sed magis demoni-
orum adfirmamus. Nihil uero ita luxuriae
deditum ut concubinam haberet & duodecim fi-
lios procrearet & tamen sacerdotum sibi im̄ uin-
dicabat. adfirmans hoc iustum esse iuxta tra-
ditionem ueteris testamenti & defuncti fratris
superstes fr̄ ducit uxorem. & quia x̄p̄s resurgens
ab inferis nullū ibi reliquisset sed omnes inde
abstraxisset. Quae omnia haec d̄ estabilia &
scelestia iudicamus; Bene enim tua sc̄a fr̄ntas
iuxta ecclesiasticam regulā eos dampnauit & in
custodiam misit & optime uocauit anti x̄pi
ministros & praecursores. De cetero de cetera h̄ me.
& uiriliter age & p̄ uigil p̄ mane in ministerio x̄pi
ut amplius quam amplius x̄pi grex augetur.
& tibi premiū ūternae retributionis maneat
copiosum. & cum sc̄is & electis d̄i ut credimus esse
inueniaris particeps & apostolorum consort.
D̄ te in columen custodiat reuerentissime frater.
Data x̄kt̄ iut̄ imp̄ domino pussimo auḡ ar̄ta uas d̄o
ad̄o coronato magno imp̄ anno .iiij. p̄ d̄us anno .iiij.
sed & n̄iphoro maḡ imp̄ anno .iiij. Indictione .x.

ep̄it̄ benedicti ep̄i uice domini salis apostolice

34 **D**OMINO SCISSIMO LIQUE AMANTISSIMO
NOBIS IN X̄PO PATRI BONIFATIO ARCHIEPO
BENEDICTUS EP̄S ET VICEDOMNUS SC̄E

SEDIS APOSTOLICAE; Praesens lū uenera-
 bilis p̄b̄ paternae sc̄itatis ur̄ae missus honoran-
 dos nobis attulit tuos affatus. quorum textus
 continebat multas te necessitatibus & turbini-
 bus esse tristatum per homines non timentes d̄m.
 & falsos ep̄scopos atq; pseudo presbiteros & for-
 nicatores clericos. eorumq; Iniquas
 actiones. ptauasque Inmissiones.

iamque & Inimicantiū & persequentiū gentiū
 quorum p̄secutio Iniqua finem habebit Interi-
 tus sempiterni. & enim sc̄issime pater omnes
 sc̄i quanta passisunt tormenta ut securi posside-
 rent uitae aeternae palmam. Habemus consola-
 torem egregiū apostolū paulum qui docet.
 o post nos p̄ multas tribulationes Inire In
 regnum d̄i. Magna tibi est merces o sc̄issime
 pater & corona gloriae coram omnipotente d̄o.
 dum omnia toleranter sustines propter diui-
 num mandatū & praedicationem euangeli-
 ihū xp̄i d̄ni d̄i & saluatoris nr̄i. cuius licet pec-
 cator potentiam deprecor. ut domino meo
 beato apostolorū principi p̄ d̄o Intercedente
 cuius & uicem agis Interferoces & In domitas gen-
 tes. ut ipse te sua p̄d̄ate custodiat. & decursum
 ministerii tui In die aduentus eius copiosum
 fructū adferre ualeas. & a conditore omnium
 d̄o remunerationis premiū centuplū accipias.
 & uitam possideas aeternam. & enim me ipsum
 sc̄is tuis orationibus commendans ut ualui In
 uerbo & opere praedicto tuo missō adiutor

apparui; Benedictionem deniq; aucta beatitu-
dine missam sicut a patre meo suscepi & omni po-
tenti deo gratias egi. & iure scissime paternitati,
& enim beatissime pater paruū munusculū scēta
uestrae direxi. sabanum unum. & facterquum
unum. & modica thymamataque pō ut absq;
In iura uestra honoranda paternitas
suscepere non dedignor.

VALE IN XPO SEMPER AMANTISSIME PATER;

APIST. THEOPHILACTI DIA. AD BONIFATIUM
35 EGREGIO PATRI ET DOMINO SUPER NIS FASCI-
BUS DECORATO BONIFATIO ARCHIEPISCOPO
THEOPHYLACTUS INDIGNUS ARCHIDIACONUS
SCAE SEDIS APOSTOLICAE; Inter sua quidam
peritissimus dudum enigmata sic promulgat;
Verba sapientium quasi stimuli & quasi clauis
In altum defixi. quia culpas delinquentium nesciunt
palpare sed pungere. unde adenus non sine graui
dauitica illa ex intimo cordis merore compulsus
sum cantica decantare. Adnuntiaui & locutus sum.
multiplicatis sunt super numerum. & quod multi
ad fidem ueniunt. & pauci ad electorum numerum
perducuntur. hoc ipsum dno promulgante. multi
sunt uocati. pauci uero electi; Nos quidem egregie
& sacerdotale praefulgidū apex. ut inlustre per
pagina & arando notescendo notescitis. distant in
cursu iugilantius In quo angelicas & beati do-
minime & singillatim protulimus aures. & iuxta
roseum illud & angelicū optatum desiderium deside-
ratum antelatus dñs ter beatus In apostolica uos

47
ad presens dignatur in informatione firmari.
qualiter non solum descismaticis & hereticis
illis seu excommunicatis & ab orthodoxe fidei
regula nequiter oberrantibus censentur ut con-
uenit. uerum & iam francorum & galliarum gen-
tes fidei tramite solitae amplectentes exuberant
eritentes. & uirō scō sub tempore non tantum
occidua. sed usque quaque floreat nationes.
scriptum namq; est. multum ualē de p̄catis iusti
ad fidua. & diuid similia. nisi moyses stetit in
conspetu dī ut a uester & iram eī ne disperderet eos.
Nos & enim priscum sodalitates & inentes amo-
rem quam uis uariae in utrosq; nationes & maria
diuidant. tamen scriptum est. aqua multae
non potuerunt exanguere caritatem nec flumi-
na obruent illam; Benedictionis & enim mun-
culū ob recordationis nr̄e memoriam. cinnamo-
mum. costum. piper. & incensū pariter dirigit
ob signatum. quod minimum & enim ut p̄ magno
excipere debeat impensius postulamus. scriptū
namq; ē. omnis gloria eī filiae regum abbitus. &
omni habenti dabitur. Quia quisquis caritatem
p̄fectam habet. & iam cuncta dona scō spū ministran-
te p̄meritū accipere. Omnis & enim rerum
ep̄ifex & arbiter dī qui uirō scō sub tempore occi-
duos & curam quaq; populos commemorantes ad
uirae beate praedicationis facundia in catholi-
cae & apostolicae scaesedis fidei florere faciat
perenniter ut optamus.

nr̄e ep̄ifē theophilacti dīac̄ ad bonifaciu

E GREGIO PATRI ET DOMINO AETHERIUS DECO
RATO FASCIBUS BONIFATIO ALMO ARCHIEPO.
THEOPHYLACTUS INDIENUS ARCHIDIACONUS
SCAE SEDIS APOSTOLICAE. Inter amoena
prata fragrantium florū sepe spinis circumvallatur
rosa. ita inlustrante scōspū praefulgidus plerūq;
rutilat arbiter. ueluti roseus flos. & melliflua
dogmata salutis aeternae habundē eructuat
nimirum laudabilis in artibus. O beatissime in
aetheris. talenta & enim tuae credita egregiae
beatitudinis. non solum dupla uerum & iam & ses
cupla xpōate redduntur in artibus. arcanaque
uox opecarmine xpī dicentis. euge serue bone &
fidelis quia inter pauca fuisti fidelis sup multa
te constituit. Intra in gaudium dñitui; deniq;
oburi laboris clementum sedulū & unacum scō
coangelico patre uirō domino apostolico totius
scāe ecclēsiāe sacerdotalis uel populo nauiter dñi
dñi nri & oramus clementiam. ut urae scūsime
paternitatis inluminatos doctrinis atq; eiuuo
potatos fonte simul cū eorundem satore confirmare
ac conseruare in scāe ac orthodoxe fidei tramite
clementer iubeat. & eorū qui credituri sunt. corda
aperire. atque itāro dāgere uelamine. in flam
mante q; eosdem scōspū in trepidi laiciantes ad fidem
xpī uenire festinent. quem admodū dominica
sanxit clementia. & alius oues habeo quae non sunt
ex hoc ouile & caera. Ita q; domine ac scūsime pater
quesumus uram adōsanciatam ambrosia bonitate.
ut scūsimum nimis que nob dilectū lullum benedictū

archidiaconū ur̄m carissimum atq; dulcissi-
 mum sodalem & fr̄m nr̄m omnibus pio mō
 dis favore ppt̄ d̄m & nr̄ā pussillitatis amicitiam
 commendatū habere dignemini. Nr̄a: scilicet
 in eo rata dilectio pro eo quod ur̄ae alm̄e paterni-
 tati magnis decorat̄e in fulis fidelibus & lep̄dis
 ministrat seruitus, & ob hoc popl̄te idē t̄dem
 flexo ur̄am dep̄camur rogatam prudentiam iut̄
 eum multo amplius talionem habere n̄ dedigne-
 minip̄niter obnr̄amq; paruitatē cum d̄no d̄o
 crebro refunditis p̄ces memoriam facere n̄
 omit̄tatis. quia scriptum est. multū ual̄ & dep̄-
 catio iusti ad̄s̄idua; his uero p̄libatis salutamus
 ur̄am ad̄o iuuatam sc̄ssimam n̄ d̄t̄areamq; pater-
 nitatem. & optamus ut d̄o fauente perennis ca-
 piatis temporibus p̄mia. & desideratū obur̄t̄
 sospitatis suffragium potius effectum. Denuq;
 uero diximus parua benedictione & largi-
 tate beatip̄tri apostoli propter d̄m gr̄ato ani-
 mo dignemini suscipere. costum. cinnamomū.
 & xerostyracem. *epist̄ gemmuli diaconi*

DOMINO SC̄SSIMO APOSTOLORUMQUE ME ³⁷
 RITIS DECORATO BONIFATIO ARCHIEP̄O GEM **boni**
 MULUS INDIGNUS DIACONUS SC̄A SE DIS **fatū**
 APOSTOLICAE. Summis & d̄o amabilib; apicib; **archi**
 acceptis cum magno & omni quo condec̄ honore **episco**
 & ueneratione relegi. & quia post tot tempora
 merui & ur̄is sr̄llabis uisitari omnipotenti d̄o
 nr̄o gr̄atias egi. qui me indignū famulū suū
 & iam de ur̄a l̄a & s̄ficauit in colomitate. Igitur

omnia quae nobis per nunc directas litteras
praecipistis ut dñs vires donare dignatus est
adimpleuimus. sed & ea quae domino apostolico
suggessistis p̄ nos sunt suscepta & adnuntata
atque relecta. & nos ea per tractantes om̄i scripta
quae uob̄ ab eo directas sunt a nobis eē didata.
iuxta ur̄am uoluntatem cognoscite. sed & q̄ duos
non sperabatis fieri suggessimus & facta est syno-
dus sacerdotū presedente domino apostolico
& relecta: sacrilega illius aldeberti nefandissi-
mi uita. & omnia opuscula ei coram synodo
pariter & septuaginta sc̄issime paternitatis ur̄ae ubi de
illo & de dementis dementia suggessistis & sic
gesta peracta: sententia anathematis in eis pro-
mulgata est. uel in omnib; qui eorū nefandam
secuti fuerint sedam cuius in ista uob̄ a domino
apostolico directa est. & haec coram presentia
praesentis fr̄is nr̄i de neardu uenerabilis p̄bi acta
sunt & ipse uobis ore proprio poterit enarrare q̄d
omnia ista p̄ nos acta sunt. Nam pro cetero cognos-
cite sc̄issime pater qui in omnib; me paratū offero
ur̄is obtemperandum praecipis. tantum modo
p̄c̄o ut p̄ nobis orare iubeatis. scio enim quia ur̄is
orationibus adiuuatus erit ussum a temptatio-
nibus inimici. & in seftus dñs suo famulo me delē
tribuit & diuersis infirmitatibus circumdatus
quanquā indignus illud apti sequor consolatio-
nis dictū quo ait. dū infirmor tunc potens sum.
& libenter glorabor in infirmitatibus meis ut
in habitis in me puras sc̄as praeser uistus xpi.

Venerandas namque sorores nras & dianellas
 que apud lumina scorum principu aptorum
 properauerunt quas & iam nobis urasca pater-
 nitas commendare iussit. In quantum dñs u-
 res donare dignatus fuerit curam euru habe-
 mus ppt uram scam preceptionem. Benedicti-
 onem & enim quamobis direxistis suscepimus
 id: poculu argenteu & sindonem unam quam
 In duplici suscepim benedictione aq d. tanto
 patre meruimus uisitari. & licet retribuere
 non ualeamus. tamen ad uicem caritatis cum
 magna reuerentia direximus cinnamomu
 uncias. iij. costum uncias. iij. piper lib. ii.
 cozumbrem lib. i. quapao ut absque iniuria sus-
 cipere iubeatis. & ut p nobis orare dignemur om-
 nimo deo deosco. Incolumem scissimam pater-
 nitatem uram diuina conserua & maiestas orante
 pro nobis domine & meritis aptoru decorate pater.

Itē epist. gemmulu diacon ad scim bonifatiū

DOMINO SCISSIMO ET IN LMUM DESIDERAN-
 TISSIMO ATQUE CUM OMNI AFFECTU CARL-
 IATIS RECOLENDO PATRI BONIFATIO ARCHIEPO
 PROUINCIAE GERMANIAE GEMMULUS INDIGNUS
 DIACONUS SCAE SEDIS APOSTOLICAE.

Venerabilib; scissime paternitatis urae syllabis
 susceptis per presentem gerulu deneardum
 uenerabilem uiru missis cu omni ut decuit uene-
 ratione atque caritatis affectu suscepisse In sinuo.
 simula benedictione quam mihi misistis. quae
 apud paruitatem mea super aurum & argentum

accepti est eo quod mei memorem esse. In scissis orati
onibus almitatis urae coronam cognoui. quem con
cedere mihi diuina patitur maiestas. In columem
quam diu me superna uoluerit clementia super ee.
ut uris sacris interuentionib; uuitas exercitor. In
ueniar doppicio aduersus antiqui hostis insidias re
pugnare. Inter ea insinuastis mihi quod uob de illis
epistolis scilicet gregori mitteremus. sed nunc minime potui
nisi scilicet paternitatis urae preceptis parere. eo quod
nimis attritu atque in podagricum humore & dolore
fatigatum memoratus ur presb per tempus cognoui
taut in eodem dolore affluctum relinquere & quod ore
uobis proprio intamabit. sed si uita comes fuerit & uia
mihi oratio non defuerit. quae uisistis dū saluti fuero
plenus restitutus. scilicet paternitatis urae obtempe
rabo uisionibus. ut dū alia uice hic uir missum dū ge
rtis quae praecipistis implā ee repperiantur. ut
absque tarditate quae desideratis expleantur.
Transmissimus enim p praedictū uirū presbiterū aliquan
tum cozumbrū quod incensum dno offeratis temporib;
matutinis & uesperinis. siue dū missarum sollemnia
celebratis. miri odoris atque fragrantia. sed pō ut
absque inuira suscipiatis quod pura caritate dirigit.
salutans uram scilicet paternitatem in dno. & ut
p nobis orare uibeatis de posco. sed & omnem e desiam
quae uobiscum est per uos saluto. & ut ipsi p me exopt.
multum enim ualē de peccato iusti ad sidua. Nam & ego
licet peccator existam tamen uiri memoria ante
sacras confessiones apostolorū faciens orationi incubo.
his praemissis optamus scitatem paternitatis urae

In dno bene ualere atque in opere quo adsumptus
es multo amplius fructum boni operis pullulare
concedat. & ad incrementum perducere patiatur
diuina maiestas; Trinitas In diuina scitatemuram
conserua orantem pro nobis. *episc. bonifacii episc. steph. papa.*

episc. steph. papa.

39

DOMINO EXCELLENTISSIMO ET CETERIS PONTIFI
CIBUS PREFERENDO ET AMANDO SCIA POSTOLA
TUS PRIVILEGIO PREDICTO STEPHANO PAPAE BONI
FACIUS EXIGUIS EPS DISCIPULUS ROMANE ECCLIAE
OPTABILEM IN XPO CARITATIS SALUTEM.

Scitatis urae clementiam in tuncis ac uisceralibus
obnixis flagito precibus. ut familiaritate & unitate
scis sedis apostolice ab almitatis clementia uestra
impariare & habere merear. & in discipulatu pie
tatis urae sedi apostolice seruenso seruius ur. fide
lis ac deuotus permanere possim. eodem modo quo
ante sub tribus praecessoribus uris apostolice sedi
seruebam uenerabilis memoria duobus gregoriis.
& zacharia qui me semper hostitacione & auctoritate
litterarum suarum muniebant & adiuuabant. quod
& pietatem uram agere deprecor. ut praeeptum pater
nitatis urae eomelius pficere & implere possim.
Nam si quid iniusta legatione romana qua per xxx.
& sex annos fungebam utilitatis ede praefate peragi.
adhuc implere & augere desidero. si autem minus
per te aliquid aut iniuste amefactum uel dictum
repperitur. iudicio romanae ^{ecclie} prumpta uoluntate
& humilitate emendare me uelle spondeo. In te
deprecor ut pietas domini mei non indignetur.
quia tam tarde missum meum & litteras ad praesentiam

uram dixi. sed hoc idcirco contigit. quia pro occupatus sui in restauratione ecclesiarum quas pagani incendierunt. qui titulos & cellas suas plusquam 100 ecclesias vastarunt & incendierunt. & haec fuit occasio tarditatis litterarum & appellationis paternitatis vestrae. & non aliqua negligentiae incuria.

Vita episcopi benedicti ad stephanum papam
VENERANDO AC DILIGENDO DOMINO APOSTOLATUS
PRIVILEGIO PREDITO STEPHANO PAPAE BONIFATIUS
EXIGUIS LEGATUS VEL MISSUS GERMANICUS CATHOLICAE
ET APOSTOLICAE ROMANAE ECCLIAE OPTABILEM IN XPO
CARITATIS SALUTEM. Nam tempore sergi apostolice
sedis pontificis uenit ad limina sanctorum
apostolorum presbiter quidam mire abstinentiae
& sanctitatis generis saxonum. nomine uulbrod.
& alio nomine clemens uocatus. quem praefatus
papa episcopus ordinauit. & ad predicandum paganam
gentem fresorum transmisit in littoribus oceanus
occidui. qui per 10 annos predicans praefatam gentem
fresorum maxima ex parte conuertit ad fidem christi.
fana & idubria destruxit. & ecclesias construxit.
& sedem episcopalem. & ecclesiam in honore sancti
saluatoris constituens in loco & castello quod dicitur
trauetum. & in illa sede & in ecclesia sancti saluatoris
quam construxit praedicans usque ad debilem senectutem
permanens. & sibi cor episcopi ad ministerium
implendum substituit. & finitis longeva uita
diebus in pace migravit ad dominum. princeps autem
francorum carlmannus commendauit mihi
sedem illam ad constituendum. & ordinandum episcopus.

quod & feci. Nunc autem coloniensis ep̄ illam sedē
 praefati ep̄scopi clementis a sergio papa ordinati
 sibi usurpat. & ad se pertinere dicit. propt̄ funda-
 menta cuiusdam destructae apaganis ecclesiolae
 quam uuilbrordus dēritam usq; ad solū In castello
 traictu repperit. & eam proprio labore a fundamento
 construxit. & In honore sc̄i mastini consecrauit. &
 refert quod ab antiquo rege francorū dagoberto
 castellū traictum cum destructa ecclesia ad colo-
 nensem parochiam donatū In ea conditione
 fuisse. ut ep̄ colonensis gentem fresorū ad fidē
 xp̄i conueteret. & eorum predicator esset. quod a
 ipse non fecit. non predicauit non conuexit fre-
 sos ad fidem xp̄i. sed pagana p̄mansit gens fresorū
 usque quod uenerandus pontifex romanae sedis
 sergius supra dictum seruum dī uuilbrordū ep̄m
 ad predicandum supra dictae genti transmisit.
 qui illam gentē ut praefatus sum ad fidem xp̄i
 conuexit. & modo uult colonensis ep̄ sedē sup̄
 dicti predicatoris uuilbrordi sibi contrahere. ut
 non sit ep̄scopalis sedis subiecta romano pontifici
 praedicans gentem fresorū. cui respondebam ut
 credidi quia maius & fortius fieri debet p̄ceptū
 apostolicae sedis & ordinatio sergi pape & legato
 uenerandi praedicatoris uuilbrordi. ut & fiat
 sedis ep̄scopalis subiecta romano pontifici prae-
 cans gentem fresorum. quia magna pars illorū
 adhuc pagana est. quam destructae ecclesiolae
 fundamenta dērita & apaganis conculcata &
 p̄neglegentiam ep̄scoporum derelicta sed ipse

non consentit; sed modo paternitatis uirae iudiciū
mih i n t i m a r e d i g n e m i n i . & s i h o c i u s t ū s i t r e s p o n s ū .
& u o b i s p l a c e a t q u o d i l l i c o l o n i e n s i e p o r e d d i d i . u r a
a u t o r i t a t e r o b o r a t e . u t p r a e c e p t ū s e r g i u p a p a e & s e d i s
i l l a s t a b i l i s p m a n e a t ; s i c e n i m p o t e s t i s n o s s i u o b i s
p l a c e a d i u u a r e . s i d e s c r i m i o u r a e a t e e x e m p l a r e
i u b a i s & m i h i t r a n s m i t t e r e . q u i c q u i d p r a e f a t o
e p i s c o p o u u l b r o r d o o r d i n a t o s e s s e r g i u s p c i p e r a
& c o n s c r i b e r e . u t e x a u t o r i t a t e s c i t a t i s u r a e c o n t r a
d i c e n t e s c o n u n c e r e & s u p e r a r e u a l e a m ; s i a u t e m
a l i t e r i u s t i u s s c i t a t i s u r a e u i d e a t u r . c o n s i l i u m
p a t e r n i t a t i s u r a e i n s i n u a r e m i h i d i g n e m i n i .
u t s e q u a r . . . *epist. clameleis epi sco bonifacio*

P I I S S I M I S A C C L E M E N T I S S I M I S R E G I B ; D U C I B U S
u n i u e r s i s r e u e r e n t i s s i m i s & d i l e c t i s s i m i s e p i s
r e l e g i o s i s n e c n o n a b b a t i b u s p r a e s b i t e r i s & s p i r i
t a l i b u s f i l i u s x p i n o m i n e c o n s i g n a t i s . d a n i e l d i
f a m u l o r ū f a m u l u s . D ū u n i u e r s i s f i d e l i b ; d e u o t i
o n e s i n c e r i s s i m a d i m a n d a t a s u n t o b s e r u a n d a
q u a n t ū s i t h o s p i t a l i t a t i s m u n u s q u a q ; a c c e p t a b i l e
d o h u m a n i t a t i s o f f i c i ū u a n t i b ; e x h i b e r e . s c i s s c r i p
t u r i s a t t e s t a n t i b u s d e m o n s t r a t u r . d ū & b e a t u s
a b r a h a m p r o p t h o s p i t a l i t a t i s m i s e r i c o r d i a s c o r ū
a n g e l o r u m p r a e s e n t i a m s u s c i p e r e m e r u i t . &
u e n e r a n d o e o r u m c o l l o q u i o p p o t i r i . L o t h q u o q ;
p e r h u i u s m o d i m i s t e r i ū p i a t i s d e s o d o m o r u m
f l a m m i s e r e p t u s e s t . s a l u a b i t e ū h o s p i t a l i t a t i s g r a
t i a d e f l a m m a r ū i n t e r i t u m a n d a t i s c a e l e s t i b u s
o b s e q u e n t e m . i t a & u r a e d i l e c t i o n i p u e n i a d ū h o r ū
p o s t i t o r e m r e l e g i o s ū p r e s b i t e r ū d i q ; o m n i p o t e n t i s

famulū suscipiente uinfridum. caritate ei
 quam dī & diligit & precipit & scribāis recipientes
 ergo dī famulos eum recipientis cuius inuestati de
 seruiunt. ita pollicenti qui uos uos recipit. meriti
 pit; hāc itaque cum cordis deuotione facien
 tes & dī mandata peragras & dē diuine pmissiōis
 oraculo confidentes. mercedem apud eum habe
 bitis sempiternam. In columen eminentiam
 uiam superna gratia custodiat;

42

epist. karoli in regno suo missi ad omnes

DOMINIS SCIS ET APOSTOLICIS IN XPO PATRIBUS. *solomnitate.*
 Episcopis. ducibus. comitibus. uicariis. domesticis. *ad iustitiam*
 uel omnibus agentibus iunioribus nris seu missis *obediunt.*
 decurrentibus. & amicis nris. In lustris iur. car. lus
 maior domus benecupiens ur. Cognoscatis qua
 liter apostolicus uir in xpo pater bonifatius ep. s.
 ad nos uenit. & nobis suggestit quod sub nro mun
 de burgo uel defensione eum recuperare deberem.
 qd ita nos gratante animo hoc fecisse cognoscite.
 plideno scilicet uisi fecimus ei manu nra roborata
 dare. ut ubi cumq; ubi & ubi ambulare uideatur.
 cum nro amore uel sub nro munde burgo. uel
 defensione quicquid uel conseruatus ee debeat in eia ra
 tione ut iustitiam reddat & similiter iustitia acci
 piat & si aliqua causatio uel necessitas ei aduene
 rit quae per legem non desiniri non potuerit.
 usq; ante nos quicquid uel conseruatus ee debeat quot
 ta ipse qua quip ipsum sperare uidentur ut ei nullus
 ullam contrarietatem uel damnatione aduersus
 eum facere n̄ debeat. nisi ut omnitempore sub nro

mundeburgio uel defensione quia uis uel conser-
uatus residere debeat. & ut ceptius credatur manu
propria subterfirmari & de anulo nro subter sigil-
lauimus. *In nomine dñi nri ihu xpi* *caroli compen*

42. **I**N NOMINE DNI NRI IHU XPI EGO CARLMANNUS DUX
& princeps francorū anno ab incarnatione xpi sep-
tingentesimo xlii. xix kal mai cum consilio seruatorū dñi
& optimatum meorū episcopos qui in regno meo sunt
cū presbiteris & concilium & in nomine dñi xpi di-
congregaui. id est bonifatium archiep̄m. & burg-
hardum. & regensfridū. & uuintanū. & uulbaldum
& cladanū. & eddanum cum presbiteris eorū ut mihi
consilium dedissent quomodo lex dī & ecclesiastica
religio recuperetur quae in diebus praedictorum
principum dissipata corruit & qualiter populus xpi
animus ad salutem animae puenire possit. & per falsos
sacerdotes deceptus non pereat. & p̄ consiliū sacerdotū
& optimatū meorū ordinauimus p̄ ciuitates ep̄os.
& constituimus super eos archiep̄m bonifatium qui
missus sc̄ip̄ari; statuimus p̄ annos singulos sinodū
congregare. ut nobis presentibus canonū decr̄a
& eccl̄e iura restaurentur. & religio xpi ana emen-
datur. & fraudatae pecuniae ecclesiarum ecclesis
restituimus & reddidimus. falsos presbiteros & ad-
ulteros uel fornicatores diaconos & clericos de pecu-
nis ecclesiarū abstulimus & degradauimus & ad
penitentiam coegimus. seruis dī p̄ omnia omnibus
armaturā portare uel pugnare aut in exercitum
& in hostem pergere omnino prohibuimus. nisi
illi tantum modo qui propter diuinū munus r̄u

missarū scilicet sollemnium adimplenda & scōrū
 patrocinia postanda ad hoc electi sunt. id est unū
 uel duos episcopos cum capellanus p̄bis princeps
 secum habent. & unusquisque p̄fatus unum
 p̄b̄m qui hominibus peccata confitentibus iudi-
 care & indicare penitentiam possint. Nec non
 & illas uenationes & siluaticas uagationes cum
 canibus. omnibus seruis di Interdiximus. similiter
 ut accipitros & falcones non habeant. Decreui-
 mus quoque scōrum canones ^{sequentes} ut unusquisque p̄b̄t
 in parrochia habitans ep̄o subiectus sit illi in cui
 parrochia habitat. & semper in quadragesima rati-
 onem & ordinem ministerii sui. siue de baptismo.
 siue de fide catholica. siue de precibus & ordine
 missarū ep̄o reddat & ostendat. & quando-
 cumque iure canonico ep̄i curatū est parrochiam
 populos ad confirmandos. p̄b̄ter paratus sit
 semper ad suscipiendū ep̄m cum collectione & ad
 uitorio populi qui ibi confirmari debet. & in
 cena dñi semper nouū crisma ab ep̄o querat ut ep̄s
 testis assistat castitatis & uitae & fidei & doctrine
 illius. statumus ut secundū canonicā cautelam
 omnes undecumque supuenientes ignotos ep̄os
 uel p̄b̄teros ante p̄b̄ationē sinodalem in ecclē-
 siasticū ministeriū n̄ admittentur. Decreui-
 mus ut secundū canones unusquisque episcopus
 in sua parrochia sollicitudinem adhibeat ad
 uiuante grauiore quide defensor est. rest ut po-
 pulus di paganas non faciat. sed ut omnes spur-
 titas gentilitatis abiciat & respuat siue sacri

ficia mortuorum siue sortilegos uel diuinos siue
filacteria & iuguria siue incantationes siue
hostias immolaticias quas stulti homines iuxta ecclesiarum
ritu pagano faciunt sub nomine sanctorum martyrum
uel confessorum dei & suos sanctos ad iracundiam prouocantes
siue illos sacrilegos ignes quos necesse est uocant siue
omnes quaecumque sunt paganorum observationes di
ligenter prohibeant. statuimus similiter ut post hanc
synodum que fuit xij kalendas maii ut quisquis seruorum
dei uel ancillarum christi in crimen fornicationis lapsus
fuerit quod in carcere poenitentiam faciat in pane
& aqua & si ordinatus presbiter fuisse & duos annos in car
cere permaneat & ante flagellatus & corticatus
uideatur & post episcopus adaugeat si autem clericus
uel monachus in hoc peccatum ceciderit post ter
tiam uerberationem in carcerem missus uercentem
annum ibi poenitentiam agat. similiter & nonna
uel alie eadem poenitentiam contineant & radant
omnes capilli capitis eius. Decreuimus quoque ut
presbiter uel diaconi non sagis laicorum more sed ca
sulis utantur ritu seruorum dei & nullus in sua
domo mulierem habitare permittat. & ut mona
chi & cancelli monasteriales iuxta regulam sancti
benedicti ordinare & uiuere uitam propriam
gubernare studeant. *de alio synodali conuen*

++ **M**odo autem in hoc synodali conuentu qui con
gregatus est ad kalendas martias in loco
quidam listinas omnes uenerabiles sacer
dotes dei & comites & presbiteri prioris synodus decre
ta consentientes firmauerunt se implere uelle

& observare promiserunt. & omnis ecclesiastica ordi-
 nis clerus. episcopi & presbiteri & diaconi cum cleri-
 cis suscipientes antiquorum patrum canones. promiserunt
 se uelle ecclesiastica uita moribus & doctrinis & mi-
 nisterio recuperare. abbates & monachi receperunt
 scripturis benedicti ^{regula} ad restauranda norma regu-
 laris uite. fornicatores & adulteros clericos qui
 sacra loca uel monasteria ante tenentes colnqui-
 nauerunt. precipimus inde tollere & ad peni-
 tentiam redigere. & si post hanc diffinitionem
 in crimen fornicationis uel adulterii occiderint
 prioris synodi iudicium sustineant. similiter
 & monachi & nonne. statuimus quoque cum
 consilio seruorum dei & populi christiani propter
 imminencia bella & persecutiones christianorum gen-
 tium quae in circuitu nostro sunt. ut super precario &
 censu aliqua partem ecclesialis pecunie in adui-
 torium exercitus in ricu indulgentia dei aliquanto
 tempore redineamus. ea conditione ut annis sin-
 gulis de una quaque cassata solidus id est xy denari
 ad eam uel monasterium reddatur. eomodo ut
 si moriatur ille cui pecunia commodata fuit
 ecclesia cum propria pecunia reuestita sit. & iterum
 sine necessitate cogat ut princeps iubeat precarium
 remoueri & rescribatur nouum & omnino obser-
 uari ut ecclesie uel monasteria penuria & pauper-
 tatem non patiantur. quorum pecunia in praee-
 cario preste usit. sed si paupertas cogat ecclesie
 ad mundi reddat integra possessio. similiter
 precipimus ut iuxta decreta canonum adulteria

& Incesta matrimonia quae non sint legitima pro-
hibeantur & emendentur episcoporum iudicio.
& ut mancipia xpiana pagani non tradantur.
decreuimus quoque quod a patris ante papi-
bat. ut qui paganus obseruationes in aliqua re
fecerit multetur & damnetur quindecim solidis.

INCIPIT EPIS BERTI BONIFACII ARCHIEPI ADIT
CARISSIMO SODALI ET AMICO DILECTISSIMO ^{h. is.}
quem mihi non temporalis caducum auri ^{auri}
munus nec mellitate p blandimenta adolantiu
uerborum faceta urbanitas adsciuit. sed spetialis
necessitudo inis famosa ad finitas in marcescibilis
catena caritatis nuper copulauit. in thardo
uuiusfredus supplex in xpo ihu p p & uesospitatis
salutem. y humillimis medio critatis meae apicibus
in lustre p ueritatis tue in dolem precor frater
carissime. ut tibi sapientissimi salomonis sententiae
minime recordari pigeat dicentis. In omnib; ope-
ribus tuis memorare nouissima tua & in aeternum
non peccabis. & alibi currite dulumen uite habes.
ne tenebre mortis uos comprehendant. quia cuncta
uolociter transitura sunt in instantia & in aeternu
mansura cito ad futura & in uersa mundi huius
praxiosa siue in specimine auri & argenti siue in
stellantiu uariate gemmaru uel in luxuriosoz
aboru aut comptoru uestimentorum ad quista
diuersitate simillima collatione reru ut umbra
praxereunt. ut fumus fatiscunt. ut spuma mar-
cescunt. iuxta ueridicam psalmi grafi sententia
dicentis. homo sicut foenu dies ei & sicut flos agri

ita florix. & alibi dies mei sicut umbra declina
 uerunt. & ego sicut foenum arui. & hac dicit
 uniuersi auriflegi ambroses apotogrammaton
 agus frustatus adfluiti Inseruire excubus & fragi
 lia aranearu In cassum ceu flatu tenuem siue pul
 uerem captantia tændisse rōia dinoscuntur.
 quia cetera psalmistam. thesaurizant & igno
 rant cui congregent illa. & dum ex aditu diuini
 plutonis mors uide licet & cruentatis crudeliter
 frendens dentibus In lamme latrat. tum tre
 mibundi & omni diuino suffragio destituti
 animam pariter praxiosam & fallacem gazam
 cui auari die noctuq; sollicitè Inseruebant sub
 to amittentes p dent. & exinde diabolicis rapta
 manibus tæcerrima subeunt claustra erebi
 ad æterna lucturi supplicia. his autem omnibus
 absque scrupulo falsitatis ita se habentibus p cib;
 caritatis Inter latus obnixè flagrantibus telm
 plorare procuro ut his uniuersis ueraciter per
 spectis resuscitare festines gratiam In geni
 naturalis quæ In te est & liberaliū literariū
 scientiam & diuini intellectus flagrantē spū
 taliter ignem aquoso luto & humido terrene
 cupiditatis puluere non extinguas. sed memor
 psalmi grati de beato uiro sententiam pferentis.
 In lege dñi fuit uoluntas ei meditabit die ac nocte.
 & alibi quomodo dilexi legem tuā dñe. tota die
 meditatio mea est. & moyses In deuteronomio.
 non recedat liber legis de ore tuo & medita be
 ris In ea diebus ac noctibus omnib; . n̄ p futuris

& in lege

aliarū rerum obstaculis porro abolitis studium
scārum litterarum mentis intentione sequuntaris
& inde gloriose acuerē pulchritudinis uenustatē
adquirere. idē diuinam sapientiam quae est splen
didior auro speciosior argento ignitior carbon
culo candidior christallo. pretiosior topazio. &
secundum sanctionem ingeniosi contionatoris
omne pretiosum non ē ea dignum. Quid enim fr̄
carissime a iuuenibus decentius queritur. aut
quid a senibus demum sobrius possideatur. quia
scientia scārum scripturarum quae sine illo
naufragio periculose tempestatis nauem anime
nr̄e gubernans deducit ad amoenissimū
paradisū & ad perpetua supernorum gaudia ange
lorum de qua supra dictus sapiens dixit. sapientia
uincit malitiam. attingit ergo usque in finem
fortiter & disponit omnia suaviter. hanc amaui
& ex quesiui a iuuentute mea & amator factus sum
formae illius. generositatē clarificat contubernū
habens dī. sed & omnium dñs dilexit illam. doctrix
est enim disciplinae dī. propter ea si dñs omnipotens
uoluerit ut aliquando ad istas partes remeans sicut
propositum habeo puiam spondeo me tibi in his
omnibus fore fidelem amicū & in studio diuinarū
scripturarū in quantum uires subpeditent deuo
tissimum adiutorem.

a fine

Vale frater floribus.	luentutis cū uiribus.
Ut floreas cum dño	In sempiterno solio.
Quam a streres incuneo	Regem canunt a & hereo
Propheae apostolicis.	consonabunt & laudibus.

Quare regum p[ro]p[ri]o	Cives dicitur in saeculo.
Et conis m[er]itis herubin	Ut & gentes cū seraphim
Et dicitur apostolorum	Filius proph[et]arum.
Nichardie nigerrima	In micosmi contagia.
Temne fauste tartarea	Haec contrahunt supplicia
Altaq; supera & hera	Et marip[er]a ens agmina.
D[omi]n[us]q; semp[er] celi colis	Uerum comunt angelicis
Summa sedet gaudeas	Unaq; simul fulgeas.
Excelsi regni p[ri]ma	Lucidus captes aurea.
In quib[us] throno a[ng]el[is] heres	Xp[ist]i laudes p[re]conio.

ITEM EPIS TO LA BONIFACII ARCHIEPISCOPI

VENERANDE AC DILECTISSIME SORORI BUGGAN 46
 bonifacius qui & uunfredus seruus seruorum d[omi]ni
 optabilem in xpo caritatis salutē. O soror carissima
 postquā nos timor xpi & amor peregrinationis lon
 ga & lata terrarum ac maris intercapedine separa
 uit multorum relatu audiui tempestates tribu
 lationum quae tibi in senectute d[omi]ni permittente
 sup[er]uenerunt. merore contristatus in gemu[m] repu
 tans qui postquā quidē contemplantue uitae
 querendo maiores monasteriorū sollicitudines
 abiicisti frequentiores & ualidiores tribulatio
 nes occurrerunt. Nunc autē soror ueneranda
 tribulationibus tuis compatiens fraternas & hor
 tatorias & consolatorias beneficiorum tuorum
 & antiquarū amicitiarū memor litteras ad te
 transmitto rogans ut mente non excedat senten
 tia ueritatis quae dixit. In patientia u[er]a posside
 bitis animas u[er]as. & uerbum sapientissimi salomo
 nis. quem diligit d[omi]n[us] corripit omne[m] filiū quem recipit.

Calligat

& psalmi graphi sententia. multe tribulatio
nes iustorum & de his omnibus liberabit eos dñs.
& alibi. sacrificium dō sp̄s contritatus. cor con
tritum & humiliatum dñs non spernit. & recordare
apostolice sententia quae dixit. p̄ multas tribula
tiones oportet nos intrare in regnum dñi. & alibi glo
riamur in tribulationibus. scientes qd̄ tribulatio
patientiam operatur. patientia autē p̄bationem.
p̄batio uero spem. spes autē non confundit. de
ista spē soror carissima semp̄ gaude & laetare quia
non confundēris. & tribulationes mundanas toto
mentis an̄i n̄is contemne. quia omnes milites xpi
utriusque sexus tempestates & tribulationes in
firmitatesque huius seculi dispexerunt p̄ nihiloq;
dixerunt. sc̄o paulo attestante qui ait. quando in
firmor tunc potens sum. & alibi. quis nos separabit
a caritate xpi tribulatio & reliquisque qui nos di
lexit. qui pater & amator castae uirginitatis tuae
quite primo tempore uuentatis tuae paternae
dilectionis uoce ad se inuitans filiam uocauit dicen
do p̄ proph̄am. audis filia & uide & inclina aurem
tuam. & obliuiscere populū tuū & domum patris tui
quia concupiuit rex speciem tuā. ipse est qui modo
in senectute tua laboribus & tribulationibus specie
& pulchritudinem animae tuae decorare & adorna
re desiderat. tu autem carissima de futura here
ditate patriae caelestis in spe gaudens contra om̄s
aduersitates siue cordis siue corporis. scutū fidei
& patientiae obpone. ut & xpo sponso cooperante
turre euangelice edificii qd̄ in bona uuentate

57
coepisti in senectute bella ad gloriam per-
ficias. ut cum xpo ueniente cum sapientibus uir-
ginibus lampadem cum oleo fulgentem in uiam
postare merearis. Interea in tuum obsecro preci-
bus. ut memor promissionis antiquae promerare
digneris. ut dominus qui est redemptor noster & salus
omnium de istis multifaris periculis animam meam
eripiat in fructu spiritali. Vale in xpo. *III. M. C. LXXV. IS.*

TO LA BONIFACII ARCHIEPISCOPI APOSTOLICI LEGATI

DOMINO DILECTISSIMO DANIELO EPISCOPO
bonifacius seruus seruorum dei optabilem
in xpo caritatis salutem. Consuetudo apud ho-
mines esse dicitur cum alii triste & onero-
sum quid acciderit. anxietate mentis solatium
uel consilium ab illis quaerere de quorum maxi-
me amicitia. uel sapientia & foedere confi-
dunt. eodem modo & ego de paternitatis
urae probabili sapientia & amicitia confi-
dens. uobis fesse mentis angustias expono. &
urae pietatis consilium & solatium quaero.
sunt enim nobis iuxta dictum apti non solum
foris pugnae & intus timores. sed & iam intus
pugnae simul cum timore. maxime semper per
falsos sacerdotes & hypocritas. qui & deo aduer-
santur. & sibi perduntur. & populum plurimum
scandala & uarios errores seducunt. dicentes
populis iuxta dictum prophetae. pax pax. & non
pax. & semen uerbi quod de sinu catholicae
& apostolicae ecclesiae sumptum & nobis com-
mendatum seminare aliquantulum studem.

illi cum lolio sup seminare & suffocare nitunt.
uel in herbam pestiferi generis conuestere. & qd
plantamus non inrigant ut crescat. sed euellere
student ut marcescat. offerentes populis & do
centes nouas sectas & diuersi generis errores.
quidam abstinentes a cibis quos dñs ad p̄cipiendū
creauit. quidam melle & lacte proprie pascen
tesse. panem & ceteros abiciunt cibos. quidā autē
adfirmant quod plurimū populo nocē & homi
cidas uel adulteros in ipsis sceleribus p̄seueran
tes fieri n̄ posse dñs sacerdotes. populi autē iuxta
dictum apostoli sanam doctrinam n̄ sustinent.
sed coaceruant sibi magistros secundum sua
desideria: & retq; Nos quidem patrocinatus
auxilium in palatio francorū querentes. a taliū
corporali communione abstinere & segregare
nos iuxta p̄ceptum canonum non possumus.
nisi hoc tantum quod p̄ sacra missarum sollem
nia in sacris misteris corporis & sanguinis dñi
cum eis non communicamus. sed & consensum
& consilium illorum de uitamus; Nam talibus
& cum paganis & cum permixta & plebera
multitudine n̄ labores & pugne forasticae
uidentur esse. Intimū uero quando quis de
gremio matris ecclēsiæ presbiter uel diaconus
clericus uel monachus discedit a fide & ueri
tate. tum deinde presumpt cum paganis
in contumelias filiorum ecclēsiæ. & erit ob
staculū horrendum euangelio gloriae xp̄i;
De his namque omnibus ut sine dārimēto

N
P
A

animis cursum ministerium implere possi-
 mus in primis paternitatis urae apud dñm in
 tercessionem quaerimus. & intimus p. dñm
 & obsecramus precibus. uti pro nobis intercede-
 re dignemini. ut pius laborantium consolator
 dñs. inter tales turbines diuersarum causarum
 animas nostras in lesas & sanas a peccatis custodire
 dignetur. Desupra dicta autē dictorum sacer-
 dotum communione salubre consiliū ur̄m
 audire & exaudire inhiante desidero. sine
 patrocinio principis francorum nec populū
 ecclesiae regere. nec presbiteros. uel clericos. monachi
 uel ancillas dñi defendere possum. nec ipsos pa-
 ganorum ritus. & sacrilegia idolorum. Inger-
 mania sine illius mandato & timore pro-
 hibere ualeo. cum autem ad illū de istis
 causis auxilium quaerens peruenero. a taliū
 communione abstinere canonice nullate-
 nus corporaliter possum. nisi tantum a consen-
 su illorum. Nam ego de illa communione cul-
 pam timeo. quia recolo me ordinationis meae
 tempore iuxta praecipitū gregoriū papae
 iurasse in corpore sc̄ip̄ari talium communione
 me declinaturum si eos ad uiam canonicam
 conuestere nequuerim. timeo magis dñum
 de praedicatione quam populis impendere
 debeo. si ad principem francorum non uenero.
 De istis quid paternitas ur̄a tristi & dubitanti
 filio decernere & iudicare & mandare ad con-
 silium uoluerit indicare dignemini mihi

N
enim maxima ex parte ab illis segregatus esse
uideor. si ab illis uoluntatis consilio & consensu
& ecclesiastico ministerio ubi canonici non sunt
abstinuero. Praeterea paternitatis uestrae de
mentiam de uos solatio peregrinationis meae
intimus praecibus diligenter rogare uelim si pre
sumam. id est ut librum prophetarum quem ue
nerande memoriae uinibestus abbas & magister
quondam meus ^{cum} de hac uita ad deum migravit
dereliquit. ubi sex prophetae in uno corpore clari
& absolutis litteris scripti repperiuntur mihi
transmittatis. & si hoc deus cordi uro facere inspira
uerit. manus solacium uitae meae senectuti &
manus uobis praemium mercedis transmittere
non potestis. quia librum prophetarum ta
lem in hac terra qualem desidero adquirere
non possum. & caligantibus oculis minutas litte
ras ac conexas clare discernere non possum. & pro
de illo libro supra dicto rogo. quia tam clare
discris & absolutis litteris scriptus est;

Interea per fortherum presbiterum litteras & parua
munuscula propter indicium purae caritatis
transmitto uobis. id est casulam non solum firicam
sed caprina lanugine mixtam & uillosam ad
tergendos pedes dilectionis uestrae. Nuper quoque
reuelante presbitero qui a uestra praesentia ad germa
niam uenit corporalis orbatus uobis conti
gisse cognoui. sed ut uos domine melius scitis
qui uel per quem dixit. quem diligit discorrupta
& cetera. & paulus apostolus quando in firmor.

tunc potens sum & iustus in infirmitate perficitur.
 & psalmi graphus. multae tribulationes
 iustorum & retq. habes pater mi sicut antonius
 de dno festur dixisse oculos sicut quibus potest
 dñi uideri & angeli eius & supna hierusalem glo
 riosa gaudia speculari & propt hoc de sapientia
 tua & pacientia confidens credo quia hoc dñs ad
 profectum iustitū & ad augmentū meritorū
 tibi dedisset & ut eo magis spiritalibus oculis ea
 conspicias & desideres quae praecipit & diligit
 dñs & eo minus respicias uel concupiscas quae non
 amat. sed interdixit dñs quidem sunt isto
 periculoso tempore corporales oculi nisi ita
 dicam maxima ex parte ueraciter fenestras
 peccatorum per quas aut ad peccata & ad peccan
 tes aspiciuntur. aut quod peius est ad nos ipsos fla
 gitia considerantes & concupientes contrahi
 mus. ualere scitatem uram & pro me orare
 in xpo diligenter opto.

DOMINO REUERENTISSIMO ET MERITO AB +8
 omnibus orthodoxis amplectendo multiplica
 scientia uariarumque uirtutum gratia
 insigniter decorato bonifatio archiepiscopo.
 daniel dñi ^{plebis} famulus sincerissimam in dno cunc
 ta caelorum culmina preeminenti salute.
 lectis litteris a tua fraternitate transmissis.
 multum in eore commotus sumus. quia
 hoc amantibus intolerabile uisum fuerit
 sibi a quibus amantur aliquid incommodi

contigerit; quandam tamen consolationem
sepius reuoluentes inuenimus. In eo quod hostis
callidi Inextricabilis astutia nequaquam ritus
relegionis urae. tanta uolentia & tam uarus
bellorum seu errorum oppositionibus; p̄sublimes
sacerdotum uel ceterorum quorumcumque
reproborum personas expugnare temptauerit.
nisi & iam In nulla maioris meriti excellentiam
agnosceret; unde uos operam dare primitus
oposte. ut Inceptio gloriosa quae est ut arbitror
apostolicis coequanda certaminibus nullatenus
propter illorum deseratur Insidias qui dolis
Instructi salutifere solent resistere doctrinae.
sed tanto libentius In late difficultates ferende
sunt. quanto ceterius comperimus scōrum esse
ac martirum In mundo pressuras. In caelo autē
copiosissimam dño promittente mercedem.
quem & hic auxiliatorem sitantem In tribula
tionibus tollerantiae non tēda; & illic cum
iustis gauisuri remuneratorem mereamur
habere; Quapropter cum caritas excellentie
tuae consilium sibi anrā paruitate p̄cere
dignata sit. hoc existimamus profuturum.
quatenus In uida patientia perferre stude
at quod absque di prouidentia peruenire
non nesciat; quamuis ergo forastice pugne
pernicies se uasit. ipsaque atrocius Inestine
formidanda ferocitas noceat. quod utique
non miror cum xp̄i ih̄s olim fratrem a fratre
In mostem esse tradendum testatus est.

& filium a patre. & parentes a nepotibus propter
 nomen suum necandos. licet & impugnantes per
 escarum supersticiosissimam observationem
 di opus destrui quaerunt. quae propemodum
 in ipso usu hominis pari detrimento peribunt.
 aut sturpe lucrum sectantes ad dilationis gra
 tia uel & iam ipsorum laudis. uerum uero uitupe
 rationis. falso securitatem populis pronuntiant.
 ac fitta blanditiae pacis appellationem in ge
 minent. & secundum esaiam uaticinantis
 praesaium dicentes malum bonum. & bonum
 malum & uerum. uel si se grem uerum uenerabili
 tati commissam sterile lolium interserendo
 suffocare conentur. ^{quod} quia utiq; ante messis
 maturitatem in quodam commate comper
 ctur euelli. de quo uberius infra dicemus. licet
 inquam adtenus in audita proferant dogma
 ta ad decipienda minus intelligentium corda.
 quae uos in diuinis uoluminibus optime
 eruditos. neque ad horam in introducta late. J.
 neque & iam ea quae eis oportune possint ob
 poni. sed ne te ductius morer ducendo per sin
 gula. dicam breuiter. quanquam uniuersa
 nefandae factionis argumenta ad expugnan
 dos & affligendos uos exerceant. tamen secundum
 praecedentium scripturarum exemplar. quod corrigendo curari
 nequit. saltem sustinendo postate. De sacerdotio
 uel homicidarum. & adulterorum. qui absque ulla
 resipiscencia in peccatissimis perdurare presumunt.
 satis tibi sacratissimi canones ac decreta

pontificū psuadent; fugitur homicidis iugit̄
agentibus penitentiā circa exitum uitę pfectio
idē: communionis xp̄i gratia concedit̄. In correc
tis quaratione cura regimoni xp̄iane conuer
sationis Iniungit̄. Adulter uero quē nec sero
sue Inpudicitiae penituit. quaconsequentiā sibi
sacerdotale officiū usurpabit. quando secundum
statuta Innocenti papae ceterorumq; qui uidiū
aut secundam duxerit uxore n̄ modo a ministerio
eclesiasticę dignitatis. uerū & iam a clericatu co
ertur. cum & hæc pp̄ carnis fragilitatē Indul
genter concessa sunt. adulteria uero ab omnib;
permissis phibent̄. a communionē aut falsorū
fr̄m siue sacerdotum quale consiliū est. idoneum
ut te In rebus corporalib; separatim disiungat.
nisi forte de hoc mundo exire Incipias. quando
isti ubiq; & semp̄ subintrare nitunt̄. a quibus se
periculis implicatum paulus ap̄t̄ adseribat &
ceteri xp̄iane religionis conditores idipsū aut se
passos. aut posteris patiendum fore facentur.
Dicis enim te ab illis In sacris oblationū libamini
bus remotissimū eē. nescim canib; dare uidereris.
de hoc quid sentiat̄ sc̄s Augustinus Inter cetera
subtus Insinuabimus. In sup̄ non spon̄te. nec con
sensu neq; ex uoluntate. sed sola necessitate cogente
n̄ numquā te Inter ipsos habitantē; Nemp̄ he
ronimus ait In euangelio. uoluntas quaeritur.
quesiā effectū non habuerit. tamen premiū non
amittit; q̄t̄ sibi coniungeris. uerbi gratia In per
ceptione ciborum. In cohabitatione loci. nonne

ille qui non uent uocare iustos & reſq. ibat ad
 conuiuia peccatorũ ut occasione haberet
 docendi. aut in eo quod mixtim adire regem
 interdũ debet & p pace ecclēſiaſtica parit deprecari
 quia ipſi ut ueripatores plerumq; proouibus int̄-
 uenire ſe fingunt. Primum ergo implendũ eẽ
 qđ ſcriptũ: ſciamus. ſubditi eſtote omnihumanę
 ordinationi & reſq. & omnib; poteſtatib; ſublimi
 oribus & reſq; Deinde conſiderandũ: qui appoſta
 eſt ſimilitudo tritici & zizaniorũ. de p mixtione
 malorũ atque bonorum. & munda & immunda
 animalia ut ait auguſtinus In troiſſe In arcam le
 guntur. neque enim quacũq; libuit Intrauerũ
 Immunda animalia arce conpage conſtrata ſed
 In tegra punũ atq; idem oſtiũ qđ aſtiſex fecerat.
 Non enim Inquit p h. ſimilitudines & p nuntiat
 ones conſiliũ de ſidia e. boniſ clatũ: quoneg legant
 qđ p hiberẽ debent. ſed paciẽtię. qua p ſerant ſalua
 doctina ueritatis qđ emendare non ualent. tẽ
 dẽ. cum ergo Inueniamũ Inecta malos quoſ ecclēſtica
 diſciplina corrigere aut coercere n̄ poſſumũ. tunc
 ne ſcendat In cor nr̄m Impia & p nicioſa p ſumptio
 qua exiſtimemũ noſ ab h. ſe ſeparandos ut peccatiſ eorũ
 n̄ Inquinemur. atq; ita poſt noſ trahere conemur
 ueluti mundos ſcõſq; diſcipulos ab unitate conpage
 quaſi a maloꝝ conſortio ſegregatos. ueniant In m̄tem
 illa deſcripturis ſimilitudines quib; demonſtratu
 eſt. malos Inecta p mixtos boniſ uſq; ad fine ſeculi
 tempuſq; iudicii futuriſ & nihil boniſ unitate ac
 participatione ſacram̄toꝝ quia eorũ factiſ non

N
 f

consenserint obfuturos. cū uero eis p̄ quos acta regit̄.
ad: pace salua potestas discipline aduersus reprobos
aut nefarios exercende. tunc rursus necocordia
signiciaq; dormiam. alius aculeis p̄ceptorū quae ad seueri
tate coercionis p̄tinent excitandi sumus. ita est & iam
ratio dissimulandi & tolerandi malos in acta. & rursus
ratio castigandi & corripiendi. non amittendi t̄ a com
muniōne remouendi. ut nec patientiae nomine tor
pescam. nec obtentu diligentiae seuiamus. Dicā quoq;
q̄d & operibus antiquorū excerp̄si doctorum & utilit̄
lntam p̄nuciosa barbarie ad memoriam debet reduci.
si forte in p̄fata condiscensione a quolibet calumniaris
de aliquo simulandi siue & iam fingendi genere. legi
mus q̄d utilis simulatio ad sumenda sit in tempore.
unde & cephas subtrahebat & segregabat se timens eos
& r̄tq;. & uaselectionis toto condit caput & timotheum
circūcidit. ipse quoq; di filius finxit se longius ire. &
nescire quae sciebat. ut: in euangelio quis me t̄igit.
& ubi posuisti eū. sed & psalmista immutauit uultum
suū coram abimelech. & ioseph ludens fratrib; locutus:
nec non & isrl̄ hedinis pellib; membra contexit. hoc fecit
ut putar̄tur eē qui non erat. & si diligenter & fideliter
ad tendatur. non est mendaciū sed mysteriū. p̄ hedinas
quippe pelles peccata. p̄ eū uero qui eis se operuit ille
significatur qui aliena peccata postat. Haec tūc cari
tati non quasi priscae auctoritatis ignare uel nrae rus
ticitatis admonitione indigenti nequid tuis rogatib;
derogassem trepidat̄ scripsimus. p̄ eo quod t̄ cum
maiorib; contraxisse negotiū comperim̄ amore t̄m
atq; oboeditione amplius incitati quā a se t̄ audacia

Et releuando

fixi tantū reuelando n̄ d̄iam imperando prelatu
 dixim̄ ne forte In aliquo h̄is q̄ultra modū excellenti
 oressunt aduersari uideremur. & hostatoria p̄fec
 to tuae suggestionis monita de instanti corporis mo
 lestia p̄ferenda satis libenter suscipim̄. & In quantū
 uires sufficiunt ipso d̄no auxiliante qui sua mise
 ricordia monuit nos tuis salutaribus obtēperabi
 mus dictis; hoc quoq; cognoscat ur̄a beniuola di
 lectio. quia licet terrarū spaciōso sequestrāmur In
 uallo ac maris In mensitate numia & celi In equali
 climmate dirimēmur. parit̄m tribulationum
 deprimimur fasce. eadē est enī operatio satan̄hic
 & ibi. ^{pp̄} q̄d diligentissime de p̄cor̄ uos ut nos orati
 onū mutua uicissitudine uigilē muniam̄ remi
 niscentes sermonis quē d̄xit. si consenserint ex uob̄
 duo aut tres & r̄tq; uale uale centuplicat̄ k̄ m̄e
 m̄bra & alia manū. **ITEM EPISTOLA DANIELIS**

UENERANDO ET AMANDO ANTESTITI BONIFATIO

Daniel plebis d̄i famulus. quāuis in fr̄ consacer 49
 dosq; carissime te primam iustitiā p̄mereri gau
 deam palmā quā saxa steriliaq; ad tenus gentiliū
 corda fidei magnitudine fr̄ uis fiducialiter ag
 grediendo uomere euangelicæ prædicationis
 In fatigabiliter subiens. In glebas fertiles cotidia
 no labore conuertere n̄ iteris. ut uere tibi aptari
 p̄ph̄icū euangelicumq; dictū possit. uox claman
 tis In deserto & c̄. tamen secunde postio palmę
 n̄ Incongrue ipsis & iā p̄stabitur qui tam pio tamq;
 salubri operi congratulando quibus ualent
 subsidus fabent. eorumq; Indigentiam cōpetentib;

amminiculis suppleat. quo alacris ceptum p̄dicationis
opus & sequentes. xp̄o generare filios studeant. unde &
deuota beniuolentia pauca tūc suggerere prudentia & cu
raur quomagus adueftas fec̄dm meū sensum quapocissimū
ratione obstinationē a grefuū conuincere p̄optus queas.
neque enim contraria eis de ipsorū quamuis falsorum
deorum genealogia astruere debes. secundum eorū
opinionem quos lib̄ ab alus generatos p̄complexū maris
ac femine concede eos asserere ut saltem modo hominū
natos deos ac deas homines potius n̄ deos fuisse & cepisse
qui ante non erant probes. cū uero Initium habere
deos ut pote alios ab alus generatos coacti didicerint.
Item Interrogandi utrum Initium habere hunc mun
dum an sine Initio semper exatasse arbitrentur.
si Initium habuit quis hunc creauit cum p̄cul dubio ante
constitutionem seculi nullatenus gentis diis Inueni
unt subsistendi uel habitandi locum. mundum enim
non h̄nc uisibile tantū colū & terram. sed cuncta
& iam extensa locorū spacia quae ipsi quoq; pagani suis
imaginarē cogitationib; possunt. dico quod si sine Initio
semper exatasse mundum contenderint. q̄d multus
refutare ac conuincere documentis argumentisq;
stude. tñ altercantes Interroga quis ante natos deos
mundo Imperaret & quis regeret & quomodo aut suos sub
dere dominatur. uel sui iuris facere mundū ante se
semper subsistentem potuerunt. unde aut uel a quo.
uel quando substitutus aut gentis primus deus dea
fuerat. utrum aut adhuc generare deos deasq; alios
aliasque suspicantur. uel suam n̄ generant quando
uel cur cessauerunt a concubitu & partu. si aut adhuc

generant infinitus iam deorum effectus numerus: & quis iam inter tot tantosque potentior sit incestum mortuibus; & ualde cauendum ne in potentiorē quis offendat. Utrum autē pro temporali ac presenti ac potius pro aeterna & futura beatitudine collendas sint arbitrantur. Si temporali in quo iam feliciores pagani christiani sunt dicant. quid autē se suis conferre sacrificiis lucridus suspicant pagani cuncta sub potestate habentibus; uel cur in potestate sibi subiectorum fieri permittunt ipsi diu quid ipsis tribuant. sitalibus; Indigent. cur non ipsi magis potiora elegerunt. si autē non indigent superflua iam talibus; hostiarum conlationibus; placere se posse deas putant. haec & his similia multa alia quae nunc enumerare longū est non quasi insultando uel irritando eos. sed placide ac magna obicere moderatione debes. & pro interualla nostris id est christianis huiusmodi comparanda sunt dogmatum superstitiones & quasi elatere tangende. quatenus magis confusi quam asperati pagani erubescant pro tam obsuris opinionibus; & ne nos latere ipsorum nefarios ritus ac fabulas estimant. hoc quoque inferendum si omnipotentes se diu & benefici & iusti non solum suos remunerant cultores. uerū & iam puniunt contemptores. & si hoc utraque temporaliter faciunt. cur ergo partunt christianis totū penē orbē ab eorum cultura auestentibus; idolaque euestentibus; & cum ipsi id est christiani fertales terras uinque & olei feraces & ceteris que opibus; abundantes possident prouincias. ipsis autē id est paganus frigores semp

rigentes terras cū eorum diis reliquerunt. In quib;
iam t̄m toto orbe pulsifalsō regnare putant. In feren
da quoq; sepius eis est orbis auctoritas xp̄iani. In quoq;
comparatione ipsi paucissimi In uanitate antiqua
adhuc pseuerant. & ne quasi de legitimo semp̄ prin
cipi sup̄ ipsas gentes deorū iactent Imperia. Intiman
dum eis cunctū prius mundum idolorū deditū cultura
donec xp̄i gratia ueri omnipotentis conditoris reditoris
uniusq; di d̄n̄ otiā In luminatū uiuificat̄ reconcilia
tūsq; dō est. Nam quod aput xp̄ianos fidelium cotidie
baptizantur filii quid aliud faciunt nisi a sordē & re
atu gentilitatis quo totus olim constitutus mundus
per singulos eos purgant. Et ac caritatis Intuitu fr̄mi
breuiter tua commemorare libuit dilectioni. & qui
corporali pręgrauatus languore laboro. ita ut congrue
illud psalmistę dicere possim. cognouidnē qui a iustū
iudiciū tuū & uere ^{me} afflixisti unde obnoxius tuā p̄o
reuerentiā quatenus cū his qui tecū xp̄o In sp̄u seruiunt
pro me supplicationū fundere preces digneris. ut dñs
qui me uino compunctionis potauit. cito sua d̄iā anticipa
misericordia. ut qui iuste corripuit. clementē ignoscat.
pph̄aicūq; illud sua faciat piāte. me quoq; gratu
labundū posse cantare. secundū multitudinem
dolorū meorū In corde meo consolatione tua dñe.
la & iudicauerunt animam meā. Opto ut In xp̄o bene ua
leas. & me memineris consacerdos carissime.

DILECTISSIMO AC REUERENTISSIMO FR̄I ECBERTHO
archiep̄o. bonifacii ^{seruus} seruorū d̄i. legati germanic
sedis apostolice. sincerā In xp̄o sp̄italis germanitatis sit.
Caritatis tue muneribus & libris susceptis erigens.

ad super palmas magnas omnipotenti do gratias
 egi: qui mihi longe peregrinanti tale inuenire
 concessit amicū qui me & in rebus terrenis adiutorū.
 & in sp̄italibus oratione & unitate cōmunionis diu-
 num solacium transmisit; Nunc autē intimis pre-
 cordioꝝ precib; almitatis tue clementiā obsecro ut
 urae fr̄nitatis synodo unacum seruis di mecū labo-
 rantib; adunatus eē merear. & si mihi consiliari-
 us & adiutor in inquirendis & inuestigandis re-
 gulis ecclesiasticis iudiciorum dī & ut me non ludi-
 uaga sermonum uoce. sed serie rogantem acci-
 centem eē scias. & me non arrogantem uel supbū.
 aut pprio iudicio plus iusto placentem estimes.
 Nam catholica & apostolica romana ecclesia
 quando indignum ac uilem praedicatorum
 ad praedicandum germaniae erroneis uel pa-
 ganis gentibus direxit. praecipit mihi ut
 sc̄a auctoritate romanū pontificis si alibi iude-
 rem inter xp̄ianos pergens populos erroneos.
 uel ecclesiasticas regulas mala consuetudine depra-
 uatas. uel homines per inuuium a catholica fide ab-
 ductos. ad uiam salutis inuitare & reuocare totis
 uiribus niterer; hoc praecipit seruare cupiens.
 admonitoria uel precatoriam ep̄tam. a & hilbaldo
 regi mercionū cū consilio & consensu episcoporum
 qui unā nobiscum sunt transmisi. quā p̄sentare fr̄-
 nitatis tuae obtutibus iussi. ut si qua in ea praeue posi-
 ta sint emendes. & quae iustas sint sales sapientiae tuae
 condias. & auctoritate confirmes. & si radice ali-
 quam flagitiorum de quibus in illa epistola

contra regem mercionū disputatū ^ē In gente tua
germinare uelle uideas. sicut puidus & sapiens colo
nus cū falce dominice auctoritatis Intempus p̄das.
& radictus euellas ne floruert. fiat ex uinea sodo
morum uitis eorum. & p̄ pagā eorū ex gomorra & sit
furor draconū unum eorum & furor aspidū In sana
bile. In auditum enim malum est praeteritis
saeculis. & ut hic seruidi gnari scripturarū dicunt
In triplo uel In quādruplo sodomitanā luxūriam
uincens. ut gens xp̄iana contra morem uniuerse
terre. Immo contra praceptum dī despiciat
legitimā matrimonia & adhereat Incestis lux
ūrius & adulteris & nefanda supra consecrata
rum & uelatarum feminarum sequatur. .
Praeterea ut mihi de opusculis beatae lectoris sc̄i
aliquos tractatus conscribere & dirigere digne
ris quem nuper ut audiuumus diuina gratia sp̄i
tali intellectu ditauit. & In urā prouincia ful
gere concessit. & ut candela quā uobis dñs largi
tus est nos quoque fruamur. Interea ad In
dicium caritatis fraternitati tuae direxi
exemplaria epistolarum sc̄i gregoriū quas de ser
nio romanae ecclesiae excepi quae non rebar
ad brittāniā uenisse. & plura iterum si man
daueris remittam quia multas In de excepi.
& corporalem pallium. & uillosam unam ad ter
gendos pedes cum laueris seruorum dī.
ualere beatitudinem tuam & sacris uisitatibus
proficere In xp̄o optamus. **ITEM EPIS
TOLA BONIFACII ARCHIEPISCOPI**

DILECTISSIMO AC REUERENTISSIMO FRATRI
 HUBERTO abbati & uniuersis fratribus
 scilicet congregationis eius bonifacii exiguis
 seruis seruorum domini in xristo fraternae caritatis
 satis fraternitatis uris pietatem interim obsecra
 mus precibus ut nos interferas & ignaras gen
 tes germaniae laborantes & grana euangelica
 plantantes uris sacro scilicet orationibus; adiuue
 mur & precibus scilicet uris in nobis seuus ba
 bylonice ardor restinguatur flamma & spar
 sa sulcis ad fructu multiplicata surgant semi
 na quia iuxta dictum apostolom neque qui plan
 tat neque qui inrigat est aliquid sed dominus qui
 incrementum dat. & de uris nobis sermo in
 apertione oris. & sermo dominus currat & clari
 ficetur. Interea rogamus ut aliqua de opus
 culis sagacissimi inuestigatoris scripturarum
 bedan monachi. quem nuper apud uos in domo
 dominus uice candelle ecclesiastice scientia scrip
 turarum fulsisse audiuimus conscripta nobis
 transmittere dignemini. & si uobis laboriosa
 non sit. ut cloccam unam nobis transmittatis. gran
 de solacium pergrinationis nre transmittatis.
 Ad iudicium quoque interim caritatis lectister
 ma caprina sicut hic uocant uobis direximus.
 que petimus licet digna non sint ut pro memo
 ria suscipiatis. Alma trinitas & una diuinitas
 fraternitatem uram & hic scilicet uirtutibus
 proficientem ac ualentem auget & custodit

& In futura beatitudine Inter splendida ange-
lorum agmina gaudentes remunerando glorificet;

DILECTISSIMO AC REVERENTISSIMO FR̄I HEREFRIDO
pr̄bro. bonifacius seruus seruorū dī ad
nam In xpo caritatis sat. Almitatis tuæ clemen-
tiā Intimis obsecro precibus ut intuitu sacro-
sc̄i orationib; meis memor esse digneris. Etiam
sic narrantib; & ate ueniētib; iam fecisse fra-
ternitatem tuā & facturam esse non dubito.
ut sc̄i iacobi apostoli sententiā In nobis impleatur
qua dixit. orate p̄ inuicem ut saluemini. & mul-
tū enim ualē deprecatio iusti adsidua. Præterea
nos octo ep̄i qui ad unam synodum conueni-
mus quorū nomina subter ad notauius In
commōne fr̄ carissime deprecamur. ut uer-
ba am̄monitionis nr̄e & thbaldo regi merci-
onū Interpretando & recitando adnunties. &
eo modo & ordine quo ad te scripta transmi-
timus sollicitē enumerando & predicando illi
indicaueris. Audiuimus enim quia p̄ timore
dī p̄sonam hominis non timeas. & quod supra
dictus rex aliquantulū quibusdam temporibus
audire dignetur monita; & notum sit cari-
tati tue quia hæc uerba am̄monitionis
nr̄e ad illum pergem propter nihil aliud di-
peximus. nisi propter puram caritatis amica-
tiam. & quod de eadem anglorū gente nata
& nutrita hic p̄ præceptum apostolice sedis
peregrinamur bonis & laudibus gentis nr̄e

Laetamur & gaudemus. peccatis autem eius
 & vituperationibus eius tribulamur & con-
 tristamur. obprobrium namque generis
 nostri patimur. siue a christianis siue a paga-
 nis dicentibus. quod gens anglorum
 spurco more & erarum gentium. & de-
 spetto apostolico precepto. immo di consti-
 tutione. Legitimas uxores dedignentur
 habere. & inmentium equorum consue-
 tudine. uel rudentum asinorum more.
 luxuriando & aduterando. omnia turpi-
 ter fedat & confundat. Igitur si hoc
 scelus maximum uerum sit. frater carissi-
 me. rogemus omnes communititer supra-
 dictum regem. ut semetipsum cum populo
 corrigat. ne tota gens cum principe hic
 & in futuro pereat. sed ut uitam propriam
 emendando & corrigendo. exemplis suis
 totum gentem propriam ad uiam salutis
 dirigat. & unde peccatum ante contraxit.
 in ^{de} mercedem mereatur aeternam. Preter
 ea ^{partem} timiamatis & sabanum pbenedictione
 & signo pure caritatis tibi direximus. scilicet
 operibus florentem. & pbatis moribus pfici-
 ente fraternam dilectionem tuam atque
 bene ualentem. scilicet trinitas aeternaliter
 custodiat. *Incipit Bonifacii archiepiscopi*

VENERANDO FRATRI IMMO DILIGENDO PERTHELMO
 CO EPISCOPO. BONIFACIUS EXIGUUS SERUUS SERUORUM DEI 53
 OPTABILE IN CHRISTO CARITATIS SALUTEM. Paternam

scitatis ur̄e clementiam int̄imis obnixē
flagitamus precibus. quia nobis opus est per
clatantibus ut ur̄is dō dignis orationibus
adiuemur. & quia germanicum mare
periculosum est nauigantibus. ur̄is precibus
& dō gubernante. ad aeternae tranquilli
tatis litus sine macula uel damno anime
perueniamus. & dum ceteris proprias tenebra
ignorantibus & aspiciere nolentibus lumen
euangelice ueritatis offerre nitamur
tenebris priorum peccaminum non
inuoquamur. & non in uacuum curramus
aut cucurrissimus. sed ur̄is intercessionib;
futa ad aeternitatis lumen immaculati
& inluminati tendamus. praeter ea parua
munuscula p̄ iudicio caritatis uobis direxi
mus. id est corporale pallium albis stigma
tibus uariatum. & uillosam ad tergendos
pedes seruatorū dī. quae p̄simus ut pro me
moria accipere non dedignemini. de una
quoq; re ur̄m consilium & responsū au
dire desideramus. adfirmant sacerdotes
p̄ totam franciam & per gallias nec non &
p̄ his maximi criminis reum esse hominem
qui in matrimonium accepit illam uidu
am. cuius antea filium in baptismo adopti
uum suscipiebat. quod peccati genus si ue
rum est aeternus ignorabam. & nec in an
tiquis canonibus. nec in decretis pontifi
cum patres. nec in calculo peccatorum

apostolos usquam enumerasse cognoui;
 qua de re si aliquid usquam in ecclesiasti-
 cis scriptis disputatum inuenissetis nobis
 indicare curate & quid uobis uideatur
 nosse uellemus; sospitatem uram scis uirtu-
 tibus proficere & longo tempore
 ualere cupio in xpo.

Incipit Bonifacii archiepiscopi 59

DOMINO REUERENTISSIMO ET DILECTIS-
 SIMO ACHHELBALDO regi mercurionum
 bonifacius seruus seruorum di Intimae
 caritatis salutem. Obsecramus celsitudi-
 nis tuae clementiam. ut istum missum
 meum nomine ceola presentem haru
 litteraru in necessitate nra & itineris
 sui. & in quocumque illi necessitas contige-
 rit solacium prebere & adiuuare digne
 mini. & mercedem pro do habeas de missis
 nris qui praeterito anno ad uos uenerunt.
 quia eis in omnibus adiutorium ut refe-
 rebant prestastis. Inter ea pro signo
 ueri amoris & deuote amicitiae direxi-
 mus tibi. accipitrem unum. & duos falcones.
 duo scuta & duas lanceas. quae rogamus licet
 digna non sint munuscula tamen pro ca-
 ritate benedictionis suscipere digneris.
 finem loquendi omnes pariter audiamus.
 dm time. & mandata eius obserua. Pxi-
 mus quoque ut statere nuntiu uerba nra
 ad p sentiam tuam scripta puenerint.

audium tuum ad commodare digneris.
& sollicitè audire cures. Vale In xpo.

ITEM EPIST. BONIFACII ARCHIEPISCOPI

55
AUREO SPIRITALIS AMORIS VINCULO AMPLEC
tende & diuino ac uirgineo caritatis
osculo stringende sorori Exburge abba
tisse. Bonifacius eps legatus romane ecclie
In xpo salutem. Dilectionis ur̄e clementiā
intimus Inploramus precibus. ut pro nobis
intercedere apud auctorem omnium dig
nemini. ut ^{aut} non ignoretis causam huius p̄cis.
sciat quia nr̄is peccatis exigentibus con
uersatio per egrinationis nr̄e uariis tem
pestatibus inludatur. undique labor. undi
que meror. foris pugnae. Intus timor.
q̄d q̄e super omnia grauissimum. quod uincunt
insidia falsorum fr̄m. ^{que uincunt} malitiam Infidelium
paganorum. Rogate ergo pium defensorem
uite nr̄e. & unicū salutare. laborantium re
fugium. agnū dī qui abstulit peccata mundi.
ut nos Inter talium luporum cubilia lustrantes
dextera sua protegente Inlesas custodiat. ut
ubi debuerunt esse speciosi pedes portantium
lucernam pacis euangelice. non inueni
antur tenebrosa errantium apostatarum
uestigia. sed magis pater piissim̄ accendat
lumbis nr̄is. pficiat lucernas ardentes In
manibus nr̄is. & In luminē corda genti
liū ad contemplandum euangelium glorie
xpi. Inter ea precor ut intercedere

pi&as ura p istis paganis qui nobis ab
 apostolica sede commissi sunt dignetur.
 ut eos saluator mundi ab idolorum cultu
 ra eripere dignetur. & aggregare uici
 ne matris catholice filius ecclesie ad lau
 dem & gloria nominis sui. qui uult omnes
 homines saluos fieri. & ad agnitione ueri
 tatis uenire. Vale.

ITEM EPIST BONIFACII ARCHIEPISCOPI

DILECTISSIME SORORI ETIAM DUDUM SPIRI
 talis diuinitate p pinqutate conexas
 eadburge abbatisse bonifacius seruus ser
 uorum di perennem in xpo salutem. caris
 simam sororem remunerator a&ernus ius
 torum operum in superna la&ific& curia
 angelorum. quae scorum librorum munera
 transmittendo. exulem germanicu spirita
 li lumine consolata est. quia qui tenebrosos
 angulos germanicarum gentium lustrare
 debet. nisi habeat lucernam pedibus. & lumen
 semitis suis uerbum dni. in laqueum mortis in
 cidet. Preterea de caritate tua diligenter
 confidens obsecro. ut p me orare digneris.
 quia peccatis meis exigentibus. periculosi
 maris tempestatibus quatuor. rogans ut
 ille qui in altis habitat. & humilia respicit.
 indulgens flagitia. prestet mihi uerbum
 in apertione oris mei. ut currat & clarifice
 tur inter gentes euangelium glorie xpi.
 Ite epist bonifacii archiepiscopi

57 **D**OMINO DILECTISSIMO SUMMI PONTIFICA
tus infula predicto nothelmo archi
epo. bonifacius exiguus seruus seruorum
di. optabilem in xpo aeternae caritatis sat.
Almitatis urae clementiam litamur obsecro preci
bus. ut mei inuissimam scis orationibus memores
esse dignemini. & nauem mentis meae uariis
germanicarum gentium tempestatum flue
tibus quassatum precibus uris inportune
firmis petre stabilire studeatis. & ut communi
oni fraternae non aliter quam ut mihi uenerande
memoriae antecessor ur berhtuualdus archiepiscopus ex
reuerentia patria concessit uobiscum adunatus sim
nexu spiritali. & glutino caritatis conuinctus simul
cum fraternis comitibus pegrinationis meae catholice
fidei unitate & spiritalis amoris dulcedine semp
sociatus uobis esse merear. similiter & diligen
ter obsecro. ut illius epistole qua continetur
ut dicunt Interrogationes augustini pontificis
ac predicatoris primi anglorum. & responsiones
sei gregori pape exemplar mihi dirigere cu
re. In qua inter cetera capitula continetur
quod intertia generatione ppinquitatei fidei
bus licet matrimonia copulare. & ut scrupu
losa cautela diligenter inuestigare studeatis
si illa conscriptio supra dicti patris nri sei grego
ri esse conprobetur annon. quia in sermone roma
ne ecclie ut affirmant sermone cum ceteris
exemplaribus supra dicti pontificis quaestio

In uenit yyy
9 v c p d

non inueniebatur. Præterea de uno peccato
 commisso ur̄m consilium audire desidero.
 qđ cuidā homini in matrimonio concedendo
 nesciens commisi. qđ hoc modo contigit.
 homo quidam sicut multi solent alterius filium
 de sacri baptismatis fonte eleuans. adoptauit
 sibi in filiū. cuius matrem post ea uiduatam
 marito. duxit uxorem. quod romani peccatū
 esse adserunt. & capitale peccatū. ita ut in
 talibus diuortia facere precipiant. & ad fir
 mant regnantibus xp̄ianis Imperatoribus illius
 matrimonii scelus capitali sententia multandū.
 uel peregrinatione p̄p̄ua delendum. ut si
 hoc in catholicorū patrū decretis. uel canomb;
 uel etiam in sacro eloquio p̄ tam magno pecca
 to computatum esse inueniretur. indicare mihi
 cur̄is. ut & ego intellegendo cognoscā cuius
 auctoritas sit in illo iudicio. quia nullatenus
 intellegere possū quare in uno loco spirita
 lis p̄p̄nquitas in coniunctione carnalis copule
 tam grande peccatū sit. quando omnes in
 sacro baptisate xp̄i & eclesie filii & filie.
 fr̄s & sorores esse conprobemur. similiter
 rogo ut mihi studeatis indicare. in quoto
 anno ab incarnatione xp̄i p̄dicatores primi
 missi a sc̄o gregorio ad gentē anglorū uenissent.

Vale. Item EPISTOLA BONIFATII ARCHIEPISC. 58

REUERENTISSIME ET DILECTISSIME ANCILLE xp̄i. N.
 bonifatius supplex seruus seruorū dī in xp̄o sin
 ceram caritatis salutē. caritatis ur̄e clementiā

Intimis obsecramus precibus. ut pro nobis peccato-
rib; apud dñm Intercedere curetis. quia multas
& uarias tempestatū turbinibus concussi
& quassati sumus. siue a pagani siue a fal-
sis xpianis. seu a fornicariis clericis. siue a pseudo
sacerdotibus. & maxime ut timemus nostris me-
ritis exigentibus tribulamur; sed ut console-
mur & eripiamur orationib; uris deprecamur.
& confidimus in dño ihū. quia per orationes uras
dilectionis & ueniā peccatorū. & tranquillita-
tē tempestatum Inuenire mereamur. quia
fidelis pmissor iacobus apostolus dixit. confi-
temini alter utrum peccata ura ut saluemi-
ni. multum enim ualeat deprecatio iusti assidua.
& ioh euangelista in prima epistola ait.
scimus quō audit nos quidquid petierimus.
scimus quō habemus petitiones quas postula-
mus ab eo. & quia iam ante de hoc ipso depre-
catus sum. rogo ut non indignemini. eo quod
raro petere non debeo. quod sine Intermis-
sione semp fieri desidero. quia cotidiana
tribulatio. diuina solamina frām ac sororū
me querere admonet. Preter ea quia
timemus easdem temptationes satane ibi
esse quae hic sunt. secundū dictū apostoli
stabiles estote & immobiles. habundantes
In opere dñi. semp scientes qd labor ur
non est Inanis in dño. & alibi. uigilate & state
In fide. uimiliter agite. & confortamini. omnia
ura cum caritate fiant. & si gestas tangat.

dicti euangelica nolite obliuisci. beati pau-
 peres spū. quō ipsorum est regnū celorum.
 si tribulatio ueniat. memores estote ueritatis.
 dicentis. Inpatientia urā possidebitis animas
 urā. & In psalmo. patientia pauperum non
 peribit in finem. si infirmitas corporis. pauli
 apostoli sententia proferatur qua dix. quando
 Infirmior tunc potens sum. & uirtus In infir-
 mitate pficitur. **Item epis iola**

BONIFATIUS ARCHIEPISCOPI

CARISSIMIS FILIIS TATQUINO ET QUIGBERTO PRBIS
 bernhardo & hiedde hunfrido & styrrme. bonif
 seruus seruorum di perennem in dno salutem.
 Paterno amore dilectione uram obsecro ut eo
 maiore monasterialis norma uite custodire stu-
 deatis quo pater nr uigbertus defunctus est.
 Quigbertus prbt & mezingotus diaconus regula
 uram uobis insinuent. & spirituales horas & cursu
 ecclesie custodiant. & ceteros admoneant & ma-
 gistris sint infantu. & predicent uerbu di fribus.
 hiedde sic ppositus. & seruos uras ammonet.
 & hunfridus adiuuet illum ubi cumque opus sit.
 styrrme. Incoquina sit. bernhardus operarius sit
 & edifice domuncula nras ubi opus sit. & de omni-
 bus ubi cumq; uobis necesse sit. ratuunum ab-
 batem Interrogate. & quod cumque uobis in-
 sinuet hoc facite. & unusquisq; studet secun-
 dum uires suas. & pprios mores In castitate con-
 seruare. & in communi uita ura alterum
 adiuuare. & In fraterna caritate



permanere usque ad presentia reuersionis
nrę Indi uoluntate. & tunc simul laudan
tes dnm. In omnibus gratias agamus. ualete
In xpo. *ITEM CUM BONIFACIO ARCHIDIACONO*

REUERENTISSIMO ET DILECTISSIMO FILIO
gemmulo archidiacono. bonifacius exi
guus seruus seruorum dī. amabilem In
xpo æterne caritatis salutem; sepe spiri
talter caritas iungit. quos corporaliter
longa Inter capto disiungit. & hæc
non minima peregrinationis erumna esse
dinoscitur. quod amicus amicum quem ar
denter diligit longe disiunctū tristis &
merens memorat. & aduersantem Inimicū
prope tribulatorem & molestum difficul
ter patitur; utinam te fr̄ peregrinationis
huius consolatorem prope habeam. tuo
scō consilio utar. consolatione gaudeā. aspec
tu care facies laetor. & scā exhortatione
reficiar; sed quia hoc fieri uite mortalis
conditio. & rerum ratio non per mittit
faciat uera caritas solum & maximum qđ
concedit & præcepit dī. dicendo. hoc est
p̄ceptum meū ut diligatis Inuicem & ceteri
amet In dō ueraciter absente. quem corpora
liter p̄sentem tenere nequit. & sic sc̄s
augustinus dix̄. licet unus sit In oriente. & alius
In occidente. conglutinata caritate Numquā
ab inuicem separantur. & saluator mun
di In hoc cognoscent. usque ad inuicem.

ergo iuxta iacobum qui dixit. oratio fidei
 saluabit infirmum. & post pauca. orate
 pro inuicem. ut saluemini. oremus pro
 inuicem. ut saluemur. & pietas dñi que
 nos in terra separauit. gaudentes in ce-
 lorum culmine congregat.

*Incipit epistola beati hilarij ad reges anglo-
 rum* 57

DOMINO CARISSIMO ET IN XPI AMORE CE-
 teris regib; pferendo inclita anglo-
 rum Imperii scepra gubernanti aethilbaldo
 regibonifatus archiepiscopi legatus germani-
 cus romane ecclesie. & uera & burghart.
 & uerberht. & abel. & uilbald coepi pen-
 ne in xpo caritatis salutem.

Confitemur coram do & scis angelis quia
 quando cumq; prosperitatem uram & fidem
 in do & opera bona cora do & hominibus
 p nuntios fideles audimus quod inde gaudentes
 & pro ob orantes laici gratias agimus do postulantes &
 obsecrantes saluatorem mundi. ut uos sospites & infide-
 stabiles. & in operibus coram do rectos. In principatu
 xpiani populi longo tempore custodiat. quando
 autem aliqua dilectionis ure iniuria de statu reg-
 ni ui uel euentu belloru facta aut quod maius est
 de salute anime periculosu damnu pperatu pau-
 ditu ad nos usq; puenit. merore & tristitia nos
 cruciat. quia gaudio uru indit uoluntate con-
 gaudemus. & aduersitate contristamur. Audi-
 uimas eni quod elemosinaru plurima facias & in
 hoc congratulamur. quia qui elemosinas minimis

fratribus indigentibus tribuunt iuxta ueritatem
euangelicam in die iudicii clementer sententiam
ad domino auditum sunt dicente. quia diu fecistis
uni ex minimis fratribus meis mihi fecistis. Venite benedicte
patris mei percipite regnum quod uobis paratum est ab ori-
gine mundi. Audiuimus quoque quod furta
& iniquitates per uia & rapinas fortiter
prohibeas & defensor uiduarum & paupe-
rum esse dinosceris & pacem stabilitam in
regno tuo habeas. & In hoc quoque lau-
dantes dominum gauisissimi sumus quia ipsa ueritas &
pax nostra que christus dicebat beati pacifici quomodo
filii dei uocabuntur. sed inter haec una male
aestimationis fama de uita pietatis uestrae ad
auditum nostrum peruenit. qua audita contrista-
ti sumus & illam optamus non fuisse ueram.
Multis enim narrantibus conptum est nobis quod
numquam legitimam in matrimonium uxorem duxisset
quod ad domino deo ab ipso mundi primordio consti-
tutum est quod per apostolum dei paulum preceptum & iterum
docentem atque dicentem. propter fornicati-
onem autem unusquisque suam uxorem habeat
& una queque uirum suum. Nam si hoc causa
castitatis & abstinentiae facere uoluisti ut ab
uxoris coniunctione per amore & amore dei ab-
stinuisses & hoc uerum & implere pro deo comp-
baueris & In hoc gaudemus quia non est reprehen-
sibile sed magis laudabile. si autem quod absit ut
multi dicunt nec legitimam accepisti uxorem
nec castitatis abstinentiam pro deo reseruasti.

sed libidine dominante in scelere luxorie
 & adulterii famam glorie tue corā dō & ho-
 minibus confuderis in hoc ualde contristamur
 quia & in conspectu dī flagitū & corā homini-
 b; fame ur̄e confusio esse dinoscitur. & ad
 huc quod peius est qui nobis narrant adici-
 unt quod hoc scelus ignominie maxime cū sc̄s
 monialibus & sacerdotis dō uirginibus p̄monasteria
 commissum sit. Nam hoc peccatū duplex ē. non du-
 biū est ut uerbi gratia dicamus cuius uindicta
 reus sit puer apud dominū suum qui uxore domi-
 nisui adulterio uiolauerit. quanto magis ille qui
 sponsam xp̄i creatoris celi & terre pucredine sua
 libidinis commaculauerit. dicente beato paulo.
 Anne scitis quia corpora ur̄a templa sunt sp̄s sc̄i.
 & alibi nescitis quia templum dī estis & sp̄s dī habi-
 tat in uobis. si quis autem templum dī uiolauerit
 dispdet illum d̄s. templum enim dī sc̄m est qd̄
 estis uos. & iterum idolatrie seruituti adulteros
 & fornicatores in sermone & numero peccatorū
 iungit dicens. Anne nescitis quia iniqui regnū dī non
 possidebunt. nolite errare. neq; fornicari. neq;
 idolis seruentes. neque adulteri. neq; molles. neq;
 masculorū concubitores. neq; fures. neq; auari. neq;
 ebriosi. neque maledici. neq; rapaces regnū dī pos-
 sidebunt. apud grecos enim & romanos quasi
 blasphemā dō inrogasset qui hoc reus sit ut p̄prie
 de hoc peccato ante ordinationē interrogatus.
 si reus inuentus fuerit ut cum uelata & conse-
 crata dō nonna concubuisse & ab omni gradu dī

sacerdoti prohibeatur. propter hoc fili carissime
sollicite considerandum est. quanti ponderis
hoc peccatum esse iudicetur ante oculos aeter-
ni iudicis. quod facientem inter idolatrie
seruos constituat. & a diuino ministerio
altaris abiciat. licet ante peccata poenitentia
reconciliatus sit deo. corpora enim puorum proprie-
sponsionis & uerba sacerdotis deo consecrata
templa dei esse per sanctam scripturam dicuntur. &
ideo uoluptates illorum iuxta apostoli uerba
esse dinoscuntur. princeps autem apostolorum petrus
luxuriosos a libidine prohibens dixit. sufficit enim
peccatum tempus. & reliqua dum praetium scorti-
uix unius est panis. mulier autem uiri pretiosam
animam capto. & alibi. Non grandis est culpa cum quis
furtus fuerit. furatur enim ut esurientem im-
pleat animam. deprehensus quoque reddet
septuplum. qui autem ad uitam est. propter cordis
inopiam perdat animam suam. longum est enume-
rare quanti spiritalis medici huius peccati uene-
num & horrendum uituperabant. & terribiliter
prohibebant. quia pene omnibus peccatis grauior
& deterior est fornicatio. & ueraciter dici potest
laqueus mortis. & puteus inferni. & uorago
perditionis. propterea obsecramus & contestamur
fili carissime clementiam tuam per christum filium dei.
& per aduentum eius & regnum ipsius. ut si hoc
uerum sit quod in isto scelere uerseris. ut uitam
tuam penitendo corrigas. & purificando emen-
